terra Phocide fugati sunt, alii Veliam, partim
5 Massiliam condiderunt. Inscitissime igitur petit ut
Aeneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo
6 tempore fuerit ¹ nusquam gentium. Neque simile,"
inquit, "illud videri debet, quod est in primo
carmine :

Italiam fato profugus Lavinaque venit
Litora,

¹ fuerit, Π; fuit, ω.

¹ Fr. 4, p. 25, Bunte.

² *Aen.* vi. 365 ff.

³ 578-534 B.C., traditional chronology.

XVI

Errors in Roman History which Julius Hyginus noted in Virgil's sixth book.

HYGINUS criticizes¹ a passage in Virgil's sixth book and thinks that he would have corrected it. Palinurus is in the Lower World, begging Aeneas to take care that his body be found and buried. His words are :²

O save me from these ills, unconquered one ;
Or throw thou earth upon me, for you can,
And to the port of Velia return.

"How," said he, "could either Palinurus know and name 'the port of Velia,' or Aeneas find the place from that name, when the town of Velia, from which he has called the harbour in that place 'Veline' was founded in the Lucanian district and called by that name when Servius Tullus was reigning in Rome,³ more than six hundred years after Aeneas came to Italy? For of those," he adds, "who were driven from the land of Phocis⁴ by Harpalus, prefect of king Cyrus, some founded Velia, and others Massilia. Most absurdly, then, does Palinurus ask Aeneas to seek out the Veline port, when at that time no such name existed anywhere. Nor ought that to be considered a similar error," said he, "which occurs in the first book :⁵

Exiled by fate, to Italy fared and to Lavinian
strand,

⁴ Phocis, a district of Greece west of Boeotia, was confused by Hyginus with Phocaea, a city on the western coast of Asia Minor.

⁵ *Aen.* i. 2

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

7 et aequè in sexto libro :

Chalcidicaque levis tandem superastitit aice,

- 8 quoniam poetae ipsi quaedam *κατὰ πρόληψιν* historiae dicere ex sua persona concedi solet, quae facta ipse postea scire potuit, sicut Vergilius scivit de Lavinio oppido et de colonia Chalcidicensi. Sed Palinuros qui potuit," inquit, "scire ea quae post annos sescentos facta sunt, nisi quis eum divinasse aput inferos putat, proinde ut animae defunctorum solent?
- 10 Sed et si ita accipias, quamquam non ita dicitur, Aeneas tamen, qui non divinabat, quo pacto potuit requirere portum Velnum, cui nomen tunc, sicut diximus, nullum usquam fuit?"
- 11 Item hoc quoque in eodem libro reprehendit et correcturum fuisse Vergilium putat, nisi mors occu-
- 12 passet. "Nam cum Thesea," inquit, "inter eos nominasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetque :

quid Thesea, magnum
Quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove
summo est,

postea tamen infert :

sedet aeternumque sedebit
Infelix Theseus.

- 13 Qui autem," inquit, "feri potest, ut aeternum aput inferos sedeat, quem supra cum is nominat qui descenderint illuc atque inde rursum evaserint, praesertim cum ita sit fabula de Theseo, atque si

¹ *Aen.* vi. 17.

² *Aen.* vi. 122.

³ *Aen.* vi. 617.

and similarly in the sixth book :¹

At last stood lightly poised on the Chalcidian
height,

since it is usually allowed the poet himself to mention, *κατὰ πρόληψιν*, 'by anticipation,' in his own person some historical facts which took place later and of which he himself could know ; just as Virgil knew the town of Lavinium and the colony from Calchis. But how could Palinurus," he said, "know of events that occurred six hundred years later, unless anyone believes that in the Lower World he had the power of divination, as in fact the souls of the deceased commonly do? But even if you understand it in that way, although nothing of the kind is said, yet how could Aeneas, who did not have the power of divination, seek out the Veline port, the name of which at that time, as we have said before, was not in existence anywhere?"

He also censures the following passage in the same book, and thinks that Virgil would have corrected it, had not death prevented: "For," says he, "when he had named Theseus among those who had visited the Lower World and returned, and had said .²

But why name Theseus? why Alcides great?
And my race too is from almighty Jove,

he nevertheless adds afterwards :³

Unhappy Theseus sits, will sit for aye.

But how," says he, "could it happen that one should sit for ever in the Lower World whom the poet mentions before among those who went down there and returned again, especially when the story of

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Hercules eum evellerit e petra et in lucem ad superos eduxerit ? ”

14 Item in his versibus errasse Vergilium dicit :

Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenae
Ipsamque Aeaciden, genus armipotens Achilli,
Ultus avos Troiae, templa intemerata¹ Minervae.

15 “ Confudit,” inquit, “ et personas diversas et tempora. Nam neque eodem tempore neque per eosdem homines cum Achaeis et cum Pyrrho bellatum est.

16 Pyrrus enim, quem dicit Aeaciden, de Epiro in Italiam transgressus cum Romanis depugnavit adver-

17 sus Manium Curium, in eo bello ducem. Argivum autem bellum, id est Achaicum, multis post annis a

18 L. Mummio imperatore gestum est. Potest igitur,” inquit, “ medius eximi versus, qui de Pyrrho inopportune inmissus est, quem Vergilius procul dubio exempturus,” inquit, “ fuit.”

XVII

Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus lumbis oculorum sese privaverit ; et super ea re versus Laberii pure admodum et venuste facti.

1 DEMOCRITUM philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, virum praeter alios vene-

¹ et temerata, *Virg.*

¹ *Aen.* vi. 838. The rendering is by Rhoades, except for “spotless” in the last line.

² Neoptolemus, also called Pyrrus (or Pyrrhus), the son of Achilles and Deidameia.

Theseus says that Hercules tore him from the rock and led him to the light of the Upper World?"

He also says that Virgil erred in these lines :¹

He Argos and Mycenae shall uproot,
City of Agamemnon, and the heir
Of Aeacus himself, from war-renowned
Achilles sprung,² his ancestors of Troy
Avenging and Minerva's spotless shrine.³

"He has confounded," says Hyginus, "different persons and times. For the wars with the Achaeans and with Pyrrus were not waged at the same time nor by the same men. For Pyrrus, whom he calls a descendant of Aeacus, having crossed over from Epirus into Italy, waged war with the Romans against Manius Curius, who was their leader in that war.⁴ But the Argive, that is, the Achaean war, was carried on many years after under the lead of Lucius Mummius⁵ The middle verse, therefore, about Pyrrus," says he, "may be omitted, since it was inserted inopportunately; and Virgil," he said, "undoubtedly would have struck it out."

XVII

Why and how the philosopher Democritus deprived himself of his eye-sight; and the very fine and elegant verses of Laberius on that subject.

It is written in the records of Grecian story that the philosopher Democritus, a man worthy of

¹ Probably either Gellius or Hyginus misquotes Virgil. With their version we have a transfer of the epithet *intemerata* from Minerva to her shrine.

⁴ 280-275 B.C.

⁵ 146 B.C.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

randum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se privasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus vegetiores et exactiores fore, si eas videndi inlecebris et oculorum impedimentis liberasset. Id factum eius modumque ipsum quo caecitatem facile sollertia subtilissima conscivit, Laberius poeta in mimo quem scripsit *Restionem*, versibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit, sed causam voluntariae caecitatis finxit aliam vertitque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc aput Laberium dicit, divitis avari et parci, sumptum plurimum asotiamque adolescentis vivide plorantis.¹

4 Versus Laberiani sunt :

Demócritus Abderítes physicus philosophus
Clipeúm constituit cóntra exortum Hyperionis,
Oculós effodere ut pósset splendore aéreo.
Ita rádiis solis áciem effodit lúminis,
Malís bene esse né videret cívibus.
Sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
Volo élucificare éxítum aetatí meae,
Ne in ré bona esse vídeam nequam filium.

XVIII

Historia de Artemisia; deque eo certamine quod aput Mausoli sepulcrum a scriptoribus inclutis decertatum est.

1 ARTEMISIA Mausolum virum amasse fertur supra omnis amorum fabulas ultraque affectionis humanae

¹ vivide plorantis, *Bothe*; viri deplorantis, *ω*.

reverence beyond all others and of the highest authority, of his own accord deprived himself of eyesight, because he believed that the thoughts and meditations of his mind in examining nature's laws would be more vivid and exact, if he should free them from the allurements of sight and the distractions offered by the eyes. This act of his, and the manner too in which he easily blinded himself by a most ingenious device, the poet Laberius has described, in a farce called *The Ropemaker*, in very elegant and finished verses; but he has imagined another reason for voluntary blindness and applied it with no little neatness to his own subject. For the character who speaks these lines in Laberius is a rich and stingy miser, lamenting in vigorous terms the excessive extravagance and dissipation of his young son. These are the verses of Laberius: ¹

Democritus, Abdera's scientist,
 Set up a shield to face Hyperion's rise,
 That sight he might destroy by blaze of brass,
 Thus by the sun's rays he destroyed his eyes,
 Lest he should see bad citizens' good luck;
 So I with blaze and splendour of my gold,
 Would render sightless my concluding years,
 Lest I should see my spendthrift son's good luck.

XVIII

The story of Artemisia; and of the contest at the tomb of Mausolus in which celebrated writers took part.

ARTEMISIA is said to have loved her husband Mausolus with a love surpassing all the tales of passion and beyond one's conception of human affec-

¹ 11, 72, Ribbeck².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

2 fidem. Mausolus autem fuit, ut M. Tullius ait, rex
 terrae Cariae, ut quidam Graecarum historiarum
 scriptores, provinciae¹ praefectus, σατράπην Graeci
 3 vocant. Is Mausolus, ubi fato perfunctus inter
 lamenta et manus uxoris funere magnifico sepultus
 est, Artemisia, luctu atque desiderio mariti flagrans
 uxor, ossa cineremque eius mixta odoribus contusaque
 in faciem pulveris aquae indidit ebibitque multaque
 4 alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita
 quoque est ingenti impetu operis conservandae mariti
 memoriae sepulcrum illud memoratissimum dignatum-
 que numerari inter septem omnium terrarum specta-
 5 cula. Id monumentum Artemisia cum dis manibus
 sacrum² Mausoli dicaret, "agona," id est certamen
 laudibus eius dicendis, facit ponitque praemia pecu-
 6 niae aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad
 eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles
 ingenio atque lingua praestabili, Theopompus, Theo-
 dectes, Naucrates; sunt etiam qui Isocratem ipsum
 cum his certavisse memoriae mandaverint. Sed eo
 certamine vicisse Theopompum iudicatum est. Is
 fuit Isocratis discipulus.

¹ provinciae, *Lipsius*; pr. Gr(a)ece, ω; pr. Cariae, *Thysius*.

² sacrum, *Mommsen*; sacris, ω

¹ *Tusc. Disp.* iii. 75.

² In 353 B.C.

³ The famous Mausoleum at Halicarnassus, adorned by Scopas, Bryaxis, Timotheus and Leochares with sculptures, the remains of which are now in the British Museum. It was a square building, 140 feet high, surrounded by Ionic columns. It stood upon a lofty base and was surmounted by a pyramid of steps ending in a platform, on which was a four-horse chariot. The term *mausoleum* was applied by the

tion. Now Mausolus, as Marcus Tullius tells us,¹ was king of the land of Caria; according to some Greek historians he was governor of a province, the official whom the Greeks term a satrap. When this Mausolus had met his end amid the lamentations and in the arms of his wife,² and had been buried with a magnificent funeral, Artemisia, inflamed with grief and with longing for her spouse, mingled his bones and ashes with spices, ground them into the form of a powder, put them in water, and drank them; and she is said to have given many other proofs of the violence of her passion. For perpetuating the memory of her husband, she also erected, with great expenditure of labour, that highly celebrated tomb,³ which has been deemed worthy of being numbered among the seven wonders of the world.⁴ When Artemisia dedicated this monument, consecrated to the deified shades of Mausolus, she instituted an *agon*, that is to say, a contest in celebrating his praises, offering magnificent prizes of money and other valuables. Three men distinguished for their eminent talent and eloquence are said to have come to contend in this eulogy, Theopompus, Theodectes⁵ and Naucrates; some have even written that Isocrates himself entered the lists with them. But Theopompus was adjudged the victor in that contest. He was a pupil of Isocrates.

Romans to large and magnificent tombs such as the mausoleum of Augustus and that of Hadrian.

⁴ The other six "wonders" were the walls and hanging gardens of Babylon; the temple of Diana at Ephesus; the statue of Olympian Zeus by Phidias; the Pyramids; and the Pharos, or lighthouse, at Alexandria.

⁵ The more approved spelling is Theodectas; see *C. I. G.* 11. 977.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 7 Extat nunc quoque Theodecti tragoedia, quae inscribitur *Mausolus*; in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in *Exemplis* refert.

XIX

Non purgari neque levari peccatum, cum praetenditur peccatorum quae alii quoque peccaverunt similitudo; atque imbi verba ex oratione super ea re Demosthenis.

- 1 INCESSEBAT quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi obiurgatione adolescentem a rhetoribus et a facundiae studio ad disciplinas philosophiae transgressum, quod factum quiddam esse ab eo diceret inhoneste et improbe. At ille non ibat infitias fecisse, sed id solitum esse fieri defendebat turpitudinemque delicti exemplorum usu et consuetudinis venia deprecabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritator: "Homo," inquit, "stulte et nihili, si te a malis exemplis auctoritates et rationes philosophiae non abducunt, ne illius quidem Demosthenis vestri sententia tibi in mentem venit, quae, quia lepidis et venustis vocum modis vineta est, quasi quaedam cantilena rhetorica facilius adhaerere memoriae tuae potuit? Nam si me" inquit "non fallit quod quidem in primori pueritia legerim, verba haec sunt Demosthenis adversus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum peccatis alienis exemptum purgatumque ibat: $\Sigma\upsilon$ δὴ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει γίνεσθαι οὐ γάρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ

Fr. 1, Peter.

² *Adv. Androt.* 7, p. 595.

The tragedy of Theodectes, entitled *Mausolus*, is still extant to-day; and that in it Theodectes was more pleasing than in his prose writings is the opinion of Hyginus in his *Examples*.¹

XIX

That a sin is not removed or lessened by citing in excuse similar sins which others have committed; with a passage from a speech of Demosthenes on that subject

THE philosopher Taurus once reprov'd a young man with severe and vigorous censure because he had turned from the rhetoricians and the study of eloquence to the pursuit of philosophy, declaring that he had done something dishonourable and shameful. Now the young man did not deny the allegation, but urged in his defence that it was commonly done and tried to justify the baseness of the fault by citing examples and by the excuse of custom. And then Taurus, being the more irritated by the very nature of his defence, said: "Foolish and worthless fellow, if the authority and rules of philosophy do not deter you from following bad examples, does not even the saying of your own celebrated Demosthenes occur to you? For since it is couched in a polished and graceful form of words, it might, like a sort of rhetorical catch, the more easily remain fixed in your memory. For," said he, "if I do not forget what as a matter of fact I read in my early youth, these are the words of Demosthenes, spoken against one who, as you now do, tried to justify and excuse his own sin by those of others:² 'Say not, Sir, that this has often been done, but that it ought to be so done; for if anything was ever done contrary to the

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον ἀλίσκοιο ὥσπερ γάρ, εἴ τις ἐάλω, σὺ ταῦτα¹ οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἐὰν σὺ νῦν δίκην δῶς, ἄλλος οὐ γράψει.” Sic Taurus, omni suasionum admonitionumque genere utens, sectatores suos ad rationes bonae inculpataeque indolis ducebat.

XX

Quid sit “rogatio,” quid “lex,” quid “plebiscitum,” quid “privilegium”; et quantum ista omnia differant.

1 QUAERI audio quid “lex” sit, quid “plebiscitum,”
 2 quid “rogatio,” quid “privilegium.” Ateius Capito, publici privatiq̄ue iuris peritissimus, quid “lex” esset hūcē verbis definivit. “Lex,” inquit, “est generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu.” Ea definitio si probe facta est, neque de imperio Cn. Pompei neque de reditu M. Ciceronis neque de caede P. Clodi quaestio neque alia id genus
 3 populi plebisve iussa “leges” vocari possunt. Non sunt enim generalia iussa neque de universis civibus, sed de singulis concepta; quocirca “privilegia” potius vocari debent, quia veteres “priva” dixerunt quae nos “singula” dicimus. Quo verbo Lucilius in primo *Satirarum* libro usus est:

abdomina thynni

Advenientibus priva dabo cephalaeque acarnae.

¹ ἐκείνων προήλω, σὺ τὰδ', *Demos*.

¹ Fr. 22 Huschke; *Coniect* fr 13, Bremer.

² That is, a *rogatio*. ³ v. 49, Marx.

⁴ The *acarne* was a kind of sea-fish.

laws, and you followed that example, you would not for that reason justly escape punishment, but you would suffer much more severely. For just as, if anyone had suffered a penalty for it, you would not have proposed this, so if you suffer punishment now, no one else will propose it." Thus did Taurus, by the use of every kind of persuasion and admonition, incline his disciples to the principles of a virtuous and blameless manner of life.

XX

The meaning of *rogatio*, *lex*, *plebiscitum* and *privilegium*. and to what extent all those terms differ

I HEAR it asked what the meaning is of *lex*, *plebiscitum*, *rogatio*, and *privilegium*. Ateus Capito, a man highly skilled in public and private law, defined the meaning of *lex* in these words:¹ "A law," said he, "is a general decree of the people, or of the commons, answering an appeal² made to them by a magistrate." If this definition is correct, neither the appeal for Pompey's military command, nor about the recall of Cicero, nor as to the murder of Clodius, nor any similar decrees of the people or commons, can be called laws. For they are not general decrees, and they are framed with regard, not to the whole body of citizens, but to individuals. Hence they ought rather to be called *privilegia*, or "privileges," since the ancients used *priva* where we now use *singula* (private or individual). This word Lucilius used in the first book of his *Satires*³

I'll give them, when they come, each his own (*priva*)
piece

Of tunny belly and acarne⁴ heads.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 "Plebem" autem Capito in eadem definitione
seorsum a "populo" divisit, quoniam in "populo"
omnis pars civitatis omnesque eius ordines contine-
antur, "plebes" vero ea dicatur, in qua gentes
6 civium patriciae non insunt. "Plebisseitum" igitur
est secundum eum Capitonem lex, quam plebes, non
populus, accipit.
- 7 Sed totius huius rei iurisque, sive cum populus
sive cum plebs rogatur, sive quod ad singulos¹ sive
quod ad universos pertinet, caput ipsum et origo et
8 quasi fons² "rogatio" est. Ista enim omnia vocabula
censentur continenturque "rogationis" principali
genere et nomine; nam, nisi populus aut plebs
rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest.
- 9 Sed quamquam haec ita sunt, in veteribus tamen
scriptis non magnam vocabulorum istorum differen-
tiam esse animadvertimus. Nam et "plebisscita"
et "privilegia" translaticio nomine "legis" appella-
verunt eademque omnia confuso et indistincto voca-
10 bulo "rogationes" dixerunt.

Sallustius quoque, proprietatum in verbis retinen-
tissimus, consuetudini concessit et privilegium, quod
de Cn. Pompei reditu ferebatur, "legem" appella-
vit. Verba ex secunda eius *Historia* haec sunt: "Nam
Sullam consulem de reditu eius legem ferentem ex
composito tr. pl. C. Herennius prohibuerat."

¹ sive quod ad singulos, *supplied by J. F. Gronov.*

² fons, δ.

¹ Fr. 23, Huschke, 14, Bremer

² The older form of the nominative *plebs*.

³ ii. 21, Maur.

Capito, however, in the same definition divided¹ the *plebes*,² or "commons," from the *populus*, or "people," since in the term "people" are embraced every part of the state and all its orders, but "commons" is properly applied to that part in which the patrician families of the citizens are not included. Therefore, according to Capito, a *plebiscitum* is a law which the commons, and not the people, adopt.

But the head itself, the origin, and as it were the fount of this whole process of law is the *rogatio*, whether the appeal (*rogatio*) is to the people or to the commons, on a matter relating to all or to individuals. For all the words under discussion are understood and included in the fundamental principle and name of *rogatio*; for unless the people or commons be appealed to (*rogetur*), no decree of the people or commons can be passed.

But although all this is true, yet in the old records we observe that no great distinction is made among the words in question. For the common term *lex* is used both of decrees of the commons and of "privileges," and all are called by the indiscriminate and inexact name *rogatio*.

Even Sallust, who is most observant of propriety in the use of words, has yielded to custom and applied the term "law" to the "privilege" which was passed with reference to the return of Gnaeus Pompeius. The passage, from the second book of his *Histories*, reads as follows:³ "For when Sulla, as consul, proposed a law (*legem*) touching his return, the tribune of the commons, Gaius Herennius, had vetoed it by previous arrangement."

XXI

Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis "novissime" et "novissimus" observantissime uti vitavit.

- 1 Non paucis verbis, quorum frequens usus est nunc et fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, quod ea non probaret; velut est et "novissimus" et
 2 "novissime." Nam cum et M. Cato et Sallustius et alii quoque aetatis eiusdem verbo isto promisce usitati sint, multi etiam non indocti viri in libris id suscripserint, abstinuisse eo tamen tamquam non Latino videtur, quoniam qui doctissimus eorum temporum fuerat, L. Aelius Stilo, ut novo et improbo verbo uti vitaverat.

Propterea, quid M. quoque Varro de ista voce existimaverit, verbis ipsius Varronis ex libro *De Lingua Latina ad Ciceronem* sexto demonstrandum putavi. "Quod 'extremum,'" inquit, "dicebatur, dici 'novissimum' coeptum vulgo, quod mea memoria ut Aelius, sic senes aliquot,¹ quod nimum novum verbum esset, vitabant; cuius origo, ut a 'vetere' 'vetustius' ac 'veterrimum,' sic a 'novo' declinatum 'novius' et² 'novissimum.'"

¹ aliquot, *Varro*; alii, *ω*.

² novius et, omitted by MSS. of *Varro* (*Heiaevs*).

¹ Fr. inc. 51, Jordan.

² *Cat.* xxxiii. 2; *Jug.* x. 2; *xix.* 7, etc.

XXI

Why Marcus Cicero very scrupulously avoided any use of the words *novissime* and *novissimus*.

It is clear that Marcus Cicero was unwilling to use many a word which is now in general circulation, and were so in his time, because he did not approve of them; for instance, *novissimus* and *novissime*. For although both Marcus Cato¹ and Sallust,² as well as others also of the same period, have used that word generally, and although many men besides who were not without learning wrote it in their books, yet he seems to have abstained from it, on the ground that it was not good Latin, since Lucius Aelius Stilo,³ who was the most learned man of his time, had avoided its use, as that of a novel and improper word.

Moreover, what Marcus Varro too thought of that word I have deemed it fitting to show from his own words in the sixth book of his *De Lingua Latina*, dedicated to Cicero:⁴ "What used to be called *extremum* or 'last,' says he, "is beginning to be called generally *novissimum*, a word which within my own memory both Aelius and several old men avoided as too new a term; as to its origin, just as from *vetus* we have *vetustior* and *veterrimus*, so from *novus* we get *novior* and *novissimus*."⁵

¹ p. 37, 21, Mentz

⁴ vii. 59.

⁵ *Novissimus* occurs in Caesar and in Cicero, *Rosc. Com.* 30; *novior* is avoided wholly by the classical writers.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XXII

Locus exemptus ex Platonis libro qui inscribitur *Gorgias*, de falsae philosophiae probis, quibus philosophos temere incessunt qui emolumenta verae philosophiae ignorant.

- 1 PLATO, veritatis homo amicissimus eiusque omnibus exhibendae promptissimus, quae omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui obtentu philosophiae nominis inutile otium et linguae vitaeque tenebras secuntur, ex persona quidem non gravi
- 2 neque idonea, vere tamen ingenueque dixit. Nam etsi Callicles, quem dicere haec facit, verae philosophiae ignarus, inhonesta indignaque in philosophos confert, proinde tamen accipienda sunt quae dicuntur, ut nos sensim moneri intellegamus, ne ipsi quoque culpationes huiuscemodi mereamur neve inertis inanique desidiosa cultum et studium philosophiae mentiamur.
- 3 Verba ipsa super hac re Platonis ex libro qui appellatur *Gorgias* scripsi, quoniam vertere ea consilium non fuit, cum ad proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare ac multo minus
- 4 etiam mea: φιλοσοφία γάρ τοί ἐστιν, ὧ Σώκρατες, χαρίεν, εἴαν τις αὐτοῦ μετρίως ἄψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· εἴαν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀν-
- 5 θρώπων. εἴαν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυῆς ἦ καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστίν, ὧν χρῆ ἔπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κάγα-
- 6 θὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν λόγων, οἷς

¹ *Gorgias* 40, p. 484 C-D; 485 A-E.

XXII

A passage taken from Plato's book entitled *Gorgias*, on the abuses of false philosophy, with which those who are ignorant of the rewards of true philosophy assail philosophers without reason.

PLATO, a man most devoted to the truth and most ready to point it out to all, has said truly and nobly, though not from the mouth of a dignified or suitable character, all that in general may be said against those idle and worthless fellows, who, sheltered under the name of philosophy, follow profitless idleness and darkness of speech and life. For although Callicles, whom he makes his speaker, being ignorant of true philosophy, heaps dishonourable and undeserved abuse upon philosophers, yet what he says is to be taken in such a way that we may gradually come to understand it as a warning to ourselves not to deserve such reproofs, and not by idle and foolish sloth to feign the pursuit and cultivation of philosophy.

I have written down Plato's own words on this subject from the book called *Gorgias*, not attempting to translate them, because no Latinity, much less my own, can emulate their qualities:¹ "Philosophy, Socrates, is indeed a nice thing, if one pursue it in youth with moderation; but if one occupy oneself with it longer than is proper, it is a corrupter of men. For even if a man be well endowed by nature and follow philosophy when past his youth, he must necessarily be ignorant of all those things in which a man ought to be versed if he is to be honourable, good and of high repute. For such men are ignorant both of the laws relating to the city, and of the language which

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις,
 καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν
 τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἡθῶν παντάσῃν
 7 ἄπειροι γίνονται. ἐπειδὴν οὖν ἔλθωσιν εἰς τινα ἰδίαν
 ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίνονται ὥσπερ γε,
 8 οἶμαι, οἱ πολιτικοί, ἐπειδὴν αὐτὸ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς
 9 ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι.
- 10 Paulo post addit haec: ἀλλ', οἶμαι, τὸ ὀρθότατόν
 ἐστίν, ἀμφοτέρων μετασχεῖν. φιλοσοφίας μὲν, ὅσον
 παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μει-
 ρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὴν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν
 ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῆ, καταγέλαστον, ὡς Σώκρατες, τὸ
 11 χρῆμα γίγνεται, καὶ ἔγωγε ὁμοίωτάτω πάσχω πρὸς τοὺς
 φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ
 12 παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω, ᾧ ἔτι προσήκει
 διαλέγεσθαι οὕτω, ψελλιζόμενον καὶ παίζον, χαίρω τε,
 καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ
 13 τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ. ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγόμενον παι-
 δαρίου ἀκούσω, πικρὸν τί μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι καὶ
 ἀνιᾶ μου τὰ ὧτα καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι
 14 ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζόμενον ἢ παίζοντα
 ὄρα, -καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἄνανδρον καὶ πληγῶν
 15 ἄξιον. ταῦτόν οὖν ἔγωγε τοῦτο πύσχω καὶ πρὸς τοὺς
 16 φιλοσοφοῦντας. περὶ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν
 φιλοσοφίαν ἄγαμαι καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ καὶ ἡγουμαι
 ἐλευθέρον τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ
 φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώ-
 σοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος·
 17 ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ
 ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὡς
 18 Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνὴρ. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρ-

it is necessary to use in the intercourse of human society, both privately and publicly, and of the pleasures and desires of human life; in brief, they are wholly unacquainted with manners. Accordingly, when they engage in any private or public business, they become a laughing-stock; just exactly as statesmen, I suppose, become ridiculous when they enter into your debates and discussions."

A little later he adds the following: "But I think it best to take part in both. It is good to pursue philosophy merely as a matter of education, and to be a philosopher is not dishonourable when one is young; but when one who is already older persists in the business, the thing becomes laughable, Socrates, and I for my part feel the same towards those who philosophize as towards those who lisp and play. Whenever I see a little boy, to whom it is fitting to speak thus, lisping and playing, I am pleased, and it seems to me becoming and liberal and suited to the age of childhood; but when I hear a small boy speaking with precision, it seems to me to be a disagreeable thing; it wounds my ears and appears to be something befitting a slave. When, however, one hears a man lisping, or sees him playing, it appears ridiculous, unmanly and deserving of stripes. I feel just the same way towards the philosophers. When I see philosophy in a young man, I rejoice; it seems to me fitting, and I think that the young man in question is ingenuous; that he who does not study philosophy is not ingenuous and will never himself be worthy of anything noble or generous. But when I see an older man still philosophizing and not giving it up, such a man, Socrates, seems to me to deserve stripes. For, as I have just said, it is possible for such a man, even

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

χει τούτω τῷ ἀνθρώπῳ, κὰν πάνυ εὐφυνῆς ἦ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἀνδρας “ ἀριπρεπέεις ” γίγνεσθαι, καταδεδυκότε δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιώναι μετὰ μειρακίων, ἐν γωνία τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ

19-23 μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγγεσθαι.

24 Haec Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non proba, set cum sensus tamen intelligentiaequae communis fide et cum quadam indissimulabili veritate disseruit, non de illa scilicet philosophia, quae virtutum omnium disciplina est quaeque in publicis simul et privatis officiis excellit civitatesque et rempublicam, si nihil prohibeat, constanter, fortiter et perite administrat, sed de ista futtili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente, in qua id gēnus homines consenescent male feriat, quos philosophos esse et vulgus putat et is putabat, ex cuius persona haec dicta sunt.

XXIII

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu et moribus ; atque mihi, quod fuerit ius marito in adulterio uxorem prehensam necare.

1 Qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt mulieres Romae atque in Latio “ aetatem

¹ Homer, *Iliad* ix. 441 f. οὐπω εἰδὸθ' ὁμοίου πολέμοιο Οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέεις τελέθουσιν.

² Cf. Hor. *Odes* iv. 6. 15, *Troas male feriatas*. Since Gellius mentions Horace by name only once, and once by possible

BOOK X. XXII. 18-XXIII. 1

though naturally well endowed, to become unmanly, avoiding the business of the city and the market-place, where, as the poet says,¹ men become "most eminent," and living the rest of his life in hiding with young men, whispering in a corner with three or four of them, but never accomplishing anything liberal, great or satisfactory.

These sentiments, as I have said, Plato put into the mouth of a man of no great worth indeed, yet possessing a reputation for common sense and understanding and a kind of uncompromising frankness. He does not, of course, refer to that philosophy which is the teacher of all the virtues, which excels in the discharge of public and private duties alike, and which, if nothing prevents, governs cities and the State with firmness, courage and wisdom; but rather to that futile and childish attention to trifles which contributes nothing to the conduct and guidance of life, but in which people of that kind grow old in "ill-timed playmaking,"² regarded as philosophers by the vulgar, as they were by him from whose lips the words that I have quoted come.³

XXIII

A passage from a speech of Marcus Cato on the mode of life and manners of women of the olden time; and also that the husband had the right to kill his wife, if she were taken in adultery.

Those who have written about the life and civilization of the Roman people say that the women of Rome and Latium "lived an abstemious life", that implication (see Index), the expression had doubtless become
ial.

³ That is, Callicles; see § 2.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

abstemias egisse," hoc est vino semper, quod "temetum" prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt, institutumque ut cognatis osculum ferrent deprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent.

2 Bibere autem solitas ferunt loream, passum, murrinam et quae id genus sapiant potu dulcia. Atque haec

3 quidem in his quibus dixi libris pervulgata sunt, sed Marcus Cato non solum existimatas, set et multatas quoque a iudice mulieres refert, non minus si vinum in se, quam si probrum et adulterium admisissent.

4 Verba Marci Catonis adscripsi ex oratione quae inscribitur *De Dote*, in qua id quoque scriptum est, in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis necare: "Vir," inquit, "cum divortium fecit, mulieri iudex pro censore est, imperium quod videtur habet, si quid perverse taetrique factum est a muliere; multatur,¹ si vinum bibit; si cum alieno viro probri

5 quid fecit, condemnatur." De iure autem occidendi ita scriptum. "In adulterio uxorem tuam si prehensisses, sine iudicio inpune necares; illa te, si adulterares sive tu adulterarere, digito non auderet contingere, neque ius est."

¹ multiatur, *BZ*; mulcitur, *Q*; multatur, γ ; corrected by *Hertz*.

¹ Flavoured with myrrh.

² p. 68. 3, Jordan.

is, that they abstained altogether from wine, which in the early language was called *temetum*; that it was an established custom for them to kiss their kinsfolk for the purpose of detection, so that, if they had been drinking, the odour might betray them. But they say that the women were accustomed to drink the second brewing, raisin wine, spiced wine¹ and other sweet-tasting drinks of that kind. And these things are indeed made known in those books which I have mentioned, but Marcus Cato declares that women were not only censured but also punished by a judge no less severely if they had drunk wine than if they had disgraced themselves by adultery.

I have copied Marcus Cato's words from the oration entitled *On the Dowry*, in which it is also stated that husbands had the right to kill wives taken in adultery.² "When a husband puts away his wife," says he, "he judges the woman as a censor would, and has full powers if she has been guilty of any wrong or shameful act; she is severely punished if she has drunk wine; if she has done wrong with another man, she is condemned to death." Further, as to the right to put her to death it was thus written: "If you should take your wife in adultery, you may with impunity put her to death without a trial; but if you should commit adultery or indecency, she must not presume to lay a finger on you, nor does the law allow it."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XXIV

“Die pristini,” “die crastini” et “die quarti” et “die quinti” qui elegantius locuti sint dixisse, non ut ea nunc vulgo dicuntur

- 1 “DIE quarto” et “die quinto,” quod Graeci εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio, et qui aliter dicit pro rudi atque indocto despicitur. Sed Marci Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt, “diequinte” enim et “diequinti” pro adverbio copulate dictum est,
- 2 secunda in eo syllaba correpta. Divus etiam Augustus, linguae Latinae non nescius munditiarumque patris sui in sermonibus sectator, in epistulis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus
- 3 est. Satis autem erit perpetuae veterum consuetudinis demonstrandae gratia verba sollemnia praetoris ponere, quibus more maiorum ferias concipere solet quae appellantur Compitalia. Ea verba haec sunt: “Dienoni populo Romano Quiritibus Compitalia erunt; quando concepta fuerint, nefas.” “Dienoni” praetor dicit, non “die nono.”
- 4 Neque praetor solum, sed pleraque omnis vetustas
- 5 sic locuta est. Venit ecce illius versus Pomponiani in mentem, qui est Atellania, quae *Mevia* inscribitur:

Dies hic sextus, cūm nihil egi:¹ diequarte moriār fame.

¹ edi, *Pontanus*.

¹ That is, his adoptive father, Julius Caesar:

² p 145, Weichert.

³ A movable festival, celebrated between Dec. 15 and Jan. 5, at cross-roads, in honour of the *Lares compitales*.

XXIV

That the most elegant speakers used the expressions *die pristini*, *die crastini*, *die quarti*, and *die quinti*, not those which are current now.

I hear *die quarto* and *die quinto*, which the Greeks express by *εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην*, used nowadays even by learned men, and one who speaks otherwise is looked down upon as crude and illiterate. But in the time of Marcus Tullius, and earlier, they did not, I think, speak in that way; for they used *diequinte* and *diequinti* as a compound adverb, with the second syllable of the word shortened. The deified Augustus, too, who was well versed in the Latin tongue and an imitator of his father's¹ elegance in discourse, has often in his letters² used that means of designating the days. But it will be sufficient to show the undeviating usage of the men of old, if I quote the regular formula of the praetor, in which, according to the usage of our forefathers, he is accustomed to proclaim the festival known as the Compitalia.³ His words are as follows: "On the ninth day the Roman people, the Quirites, will celebrate the Compitalia; when they shall have begun, legal business ceases." The praetor says *dienoni*, not *die nono*.

And not the praetor alone, but almost all antiquity, spoke in that way. Look you, this passage of the well-known poet Pomponius comes to my mind, from the Atellan farce entitled *Mevia*:⁴

For six days now I've done no stroke of work;
The fourth day (*diequarte*) I, poor wretch, shall
starve to death.

⁴ 11, 77, Ribbeck.³

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 Suppetit etiam Coelianum illud ex libro *Historiarum*
 secundo : " Si vis mihi equitatum dare et ipse cum
 cetero exercitu me sequi, diequinti Romae in Capito-
 7 lium curabo tibi cena sit cocta." Et historiam
 autem et verbum hoc sumpsit Coelius ex *Origine* IV.¹
 M. Catonis, in qua ita scriptum est . " Igitur dicta-
 torem Carthaginensium magister equitum monuit :
 ' Mitte mecum Romam equitatum ; diequinti in
 Capitolio tibi cena cocta erit.' "
- 8 Extremam istius vocis syllabam tum per *e* tum
 per *i* scriptam legi ; nam sane quam consuetum is
 veteribus fuerit, litteris is plerumque uti indifferenter,
 sicuti " praefiscine " et " praefiscini," " proclivi " et
 " proclive " atque alia item multa hoc genus varie
 dixerunt ; " die pristini " quoque eodem modo dice-
 batur, quod significabat " die pristino," id est priore,
 quod vulgo " pridie " dicitur, converso compositionis
 ordine, quasi " pristino die." Atque item simili
 figura " die crastini " dicebatur, id erat " crastino
 9 die." Sacerdotes quoque populi Romani, cum condi-
 10 cunt in diem tertium, " die² perendini " dicunt. Sed
 ut plerique " die pristini," ita M. Cato in oratione
Contra Furium " die proximi " dixit, " die quarto "
 autem Cn. Matius, homo impense doctus, in *Mimi-
 ambis* pro eo dicit, quod " nudius quartus " nos
 dicimus, in his versibus :

Nuper die quarto, ut recordor, et certe
 Aquarium urceum unicum domi fregit.

¹ IV. *added by Hertz.*

² die, *Skutsch* ; diem, *ω.*

¹ Fr. 25, Peter².

² Said to Hannibal by his brother Maharbal after the battle of Cannae, 216 B.C.

³ Fr. 86, Peter².

⁴ xix. 7, Jordan.

⁵ Fr. 11, Bahrens.

There is also the following passage from Coelius in the second book of his *Histories*:¹ "If you are willing to give me the cavalry and follow me yourself with the rest of the army, on the fifth day (*diequinti*) I will have your dinner ready for you in the Capitol at Rome."² But Coelius took both the story itself and the word from the fourth book of Marcus Cato's *Origines*, where we find the following:³ "Then the master of the horse thus advised the Carthaginian dictator: 'Send me to Rome with the cavalry; on the fifth day (*diequinti*) your dinner shall be ready for you in the Capitol.'"

The final syllable of that word I find written sometimes with *e* and sometimes with *i*; for it was usual with those men of olden times very often to use those letters without distinction, saying *præfiscine* and *præfiscini*, *prochvi* and *proclive*, and using many other words of that kind with either ending; in the same way too they said *die pristini*, that is, "the day before," which is commonly expressed by *pridie*, changing the order of the words in the compound, as if it were *pristino die*. Also by a similar usage they said *die crastini*, meaning *crastino die* or "to-morrow." The priests of the Roman people, too, when they make a proclamation for the third day, say *diem perendini*. But just as very many people said *die pristini*, so Marcus Cato in his oration *Against Furus*⁴ said *die proximi* or "the next day"; and Gnaeus Matius, an exceedingly learned man, in his *Mimiambi*, instead of our *nudius tertius*, or "four days ago," has *die quarto*, in these lines:⁵

Of late, four days ago (*die quarto*), as I recall,
The only pitcher in the house he broke.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Hoc igitur intererit, ut "die quarto" quidem de praeterito dicamus, "diequarte" autem de futuro.

XXV

Telorum et iaculorum gladiatorumque, atque imbi navium quoque vocabula, quae scripta in veterum libris reperiuntur.

- 1 TELORUM, iaculorum gladiatorumque vocabula quae in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum genera et nomina, libitum forte nobis est sedentibus in reda conquirere, ne quid malarum¹ ineptiarum va-
2 cantem stupentemque animum occuparet. Quae tum igitur suppetierant, haec sunt: hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gaesa, lancea, spari, rumices, trifaces, tragulae, frameae, mesanculae, cateiae, rumpiae, scorpii, sibones, siciles, veruta, enses, sicae, macherae, spathae, lingulae, pugiones, clunacula.

- 3 De "lingula," quoniam est minus frequens, admonendum existimo, lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naevius in tragoedia *Hesiona*. Versum Naevi apposui:

Sine mi gerere morem videar lingua, verum
lingula.

- 4 Item "rumpia" genus teli est Thraecae nationis, positumque hoc vocabulum in Quinti Enni *Annalium* XIV.

¹ malarum, *Skutsch*; aliarum, *ω*.

¹ See McCartney, *Figurative Use of Animal Names*, p. 47.

² Fr. 1, Ribbeck², who gives the title as *Aesiona*. There is of course a word-play on *lingula*.

BOOK X. XXIV. 10-XXV. 4

Therefore the distinction will be found to be, that we use *die quarto* of the past, but *diequarte* of the future.

XXV

The names of certain weapons, darts and swords, and also of boats and ships, which are found in the books of the early writers.

Once upon a time, when I was riding in a carriage, to keep my mind from being dull and unoccupied and a prey to worthless trifles, it chanced to occur to me to try to recall the names of weapons, darts and swords which are found in the early histories, and also the various kinds of boats and their names. Those, then, of the former that came to mind at the time are the following: spear, pike, fire-pike, half-pike, iron bolt, Gallic spear, lance, hunting-darts, javelins, long bolts, barbed-javelins, German spears, thonged-javelin, Gallic bolt, broadswords, poisoned arrows,¹ Illyrian hunting-spears, cimeters, darts, swords, daggers, broadswords, double-edged swords, small-swords, poniards, cleavers.

Of the *lingula*, or "little tongue," since it is less common, I think I ought to say that the ancients applied that term to an oblong small-sword, made in the form of a tongue; it is mentioned by Naeivius in his tragedy *Hesione*. I quote the line:²

Let me not seem to please you with my tongue,
But with my little tongue (*lingula*).

The *rumpia* too is a kind of weapon of the Thracian people, and the word occurs in the fourteenth book of the *Annals* of Quintus Ennius.³

² *Ann.* 390, Vahlen²; cf. Livy ~~xxx~~ 39. 11

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, appellationes hae sunt : gauli, corbitae, caudicae, longae, hippagines, cercuri, celoces vel, ut Graeci dicunt, κέλητες, lembi, oriae, lenunculi, actuariae, quas Graeci ἰστιοκόπους vocant vel ἐπακτρίδας, prosumiae vel geseoretae vel oriolae, slattae, scaphae, pontones, vetutiae moedia, phaseli, parones, myoparones, lintres, caupuli, camarae, placidae, cydarum, ratariae, cata-scopium.

XXVI

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod transfretationem "transgressum" dixerit, et "transgressos" qui transfretassent

- 1 ASINIO POLLIONI in quadam epistula, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam alis C. Sallusti iniquis, dignum nota visum est, quod in primo *Historiarum* maris transitum transmissumque navibus factum "transgressum" appellavit eosque, qui fretum transmiserant, quos "transfretasse" dici solitum est,
2 "transgressos" dixit. Verba ipsa Sallusti posui :
"Itaque Sertorius, levi praesidio relicto in Mauretania, nactus obscuram noctem, aestu secundo furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu
3 conatus est." Ac deinde infra ita scripsit : "Transgressos omnis recipit mons¹ praeceptus a Lusitanis."
4 Hoc igitur et minus proprie et ἀπερισκέπτως et nullo gravi auctore dictum aiunt. "Nam 'transgressus,'" inquit, "a transgrediendo dicitur idque ipsum

¹ mons Balleia, Serv. *Aen.* i. 518.

¹ Many of these names, both of weapons and ships, are most uncertain ; for some no exact equivalent can be found.

The names of ships which I recalled at the time are these: merchant-ships, cargo-carriers, skiffs, war-ships, cavalry-transports, cutters, fast cruisers, or, as the Greeks call them, κέλητες, barques smacks, sailing-skiffs, light galleys, which the Greeks call ἰστιοκόποι or ἐπακτιρίδες, scouting-boats, galliots, tenders, flat-boats, *velutae moediae*, yachts, pinnaces, long-galliots, scullers' boats, caupuls,¹ arks, fair-weather craft, pinks, lighters, spy-boats.

XXVI

That Asinius Pollio showed ignorance in criticizing Sallust because he used *transgressus* crossing for *transfretatio* (crossing the sea) and *transgressi* (those who had crossed) for *qui transfretaverant* (those who had crossed the sea).

 19 Id hercle ipsum est quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes
 20 existere. Scite igitur et perite noster Maro, quod, cum versus illos Homeri consecraretur :

*οὐκ ἄρα σοί γε πατήρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
 Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκῇ δέ σε τίκτε θάλασσα
 Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηγής,*

non partionem solam, tamquam ille quem sequebatur, seu alituram quoque feram et saevam criminatus est ; addidit enim hoc de suo :

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis et natura lactis tenet, quae iam a principio imbuta paterni seminis concretionem, ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.

- 21 “ Et praeter haec autem, quis illud etiam neglegere aspernarique possit, quod quae partus suos deserunt ablegantque a sese et aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscin-

¹ *Iliad* xvi. 33 ff.

² *Aen.* iv. 366 f.

unchaste and a wine-bibber; for as a rule anyone who has milk at the time is employed and no distinction made.

“ Shall we then allow this child of ours to be infected with some dangerous contagion and to draw a spirit into its mind and body from a body and mind of the worst character? This, by Heaven! is the very reason for what often excites our surprise, that some children of chaste women turn out to be like their parents neither in body nor in mind. Wisely then and skilfully did our Maro make use of these lines of Homer: ¹

The horseman Peleus never was thy sire,
Nor Thetis gave thee birth; but the gray sea
Begot thee, and the hard and flinty rocks;
So savage is thy mind.

For he bases his charge, not upon birth alone, as did his model, but on fierce and savage nurture, adding these words of his own :

Grim Caucasus bore thee on its flinty crags
And fierce Hyrcanian tigers gave thee suck. ²

And there is no doubt that in forming character the disposition of the nurse and the quality of the milk play a great part; for the milk, although imbued from the beginning with the material of the father's seed, forms the infant offspring from the body and mind of the mother as well.

“ And in addition to all this, who can neglect or despise this consideration also, that those who desert their offspring, drive them from them, and give them to others to nurse, do sever, or at any rate loosen and relax, that bond and cementing of the mind and of affection with which nature attaches

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 22 dunt aut certe quidem diluunt deteruntque. Nam ubi infantis aliorum dati facta ex oculis amolitiost, vigor ille maternae fragrantiae sensim atque paulatim restinguitur omnisque impatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit, neque multo minor amendati ad nutricem aliam filii, quam morte amissi, obliuio.
- 23 Ipsius quoque infantis adfectio animi, amoris, consuetudinis¹ in ea sola unde alitur occupatur, et proinde, ut in expositis usu venit, matris quae genuit neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea, oblitteratis et abolitis nativae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis et opinabilis.”
- 24 Haec Favorinum dicentem audivi Graeca oratione. Cuius sententias communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, rettuli, amoenitates vero et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quaedam indispisci potuerit, mea tenuitas nequaquam.

II

Quod Annaeus Seneca, iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futilique iudicio fuit.

- 1 DE Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore minime utili, cuius libros adtingere nullum pretium operae sit, quod oratio eius vulgaria videatur et protrita, res atque sententiae aut inepto inanique

¹ amoris consuetudine, *Eussner*.

BOOK XII. I. 21-II. 1

parents to their children? For when the child is given to another and removed from its mother's sight, the strength of maternal ardour is gradually and little by little extinguished, every call of impatient anxiety is silenced, and a child which has been given over to another to nurse is almost as completely forgotten as if it had been lost by death. Moreover, the child's own feelings of affection, fondness, and intimacy are centred wholly in the one by whom it is nursed, and therefore, just as happens in the case of those who are exposed at birth, it has no feeling for the mother who bore it and no regret for her loss. Therefore, when the foundations of natural affection have been destroyed and removed, however much children thus reared may seem to love their father and mother, that affection is in a great measure not natural but merely courteous and conventional."

I heard Favorinus make this address in the Greek language. I have reproduced his sentiments, so far as I was able, for the sake of their general utility, but the elegance, copiousness and richness of his words hardly any power of Latin eloquence could equal, least of all my humble attainments.

II

That the judgment passed by Annaeus Seneca on Quintus Ennius and Marcus Cicero was trifling and futile.

SOME think of Annaeus Seneca as a writer of little value, whose works are not worth taking up, since his style seems commonplace and ordinary, while the matter and the thought are characterized, now by a foolish and empty vehemence, now by an empty and

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- impetu sint aut levi et caudiciali argutia, eruditio autem vernacula et plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse non infitias eunt, sed et rerum quas dicat scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt et in vitiis morum oburgandis severitatem gravitatemque non inveniunt. ² Mihi de omni eius ingenio deque omni scripto iudicium censuramque facere non necessum est; sed quod de M. Cicerone et Q. Ennio et P. Vergilio iudicavit, ea res cuiusmodi sit, ad considerandum ponemus.
- ³ In libro enim vicesimo secundo *Epistularum Moralium* quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cetego antiquo viro fecisse hos dicit:

is dictust ollis popularibus olim
Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,¹
Flos delibatus populi, Suadaeque ² medulla.

- ⁴ Ac deinde scripsit de isdem versibus verba haec: "Admiror eloquentissimos viros et deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter ⁵ bonos eius versus et hos refert." Atque id etiam de Cicerone dicit: "Non miror," inquit, "fuisse qui hos versus scriberet, cum fuerit qui laudaret; nisi forte Cicero summus orator agebat causam suam

¹ agebant, *codd. Cic.*

² suadaeque, *Cic.*; suada, *w.*

¹ Besides Caligula, who called Seneca's essays "mere declamation exercises" and his style "sand without lime" (Suet. *Calig.* lxx), there were other critics of Seneca in his own day, as well as in the following Flavian epoch

affected cleverness; and because his learning is common and plebeian, gaining neither charm nor distinction from familiarity with the earlier writers.¹ Others, on the contrary, while not denying that his diction lacks elegance, declare that he is not without learning and a knowledge of the subjects which he treats, and that he censures the vices of the times with a seriousness and dignity which are not wanting in charm. I myself do not feel called upon to criticize and pass judgment upon his talents in general, or upon his writings as a whole; but I shall select for consideration the nature of the opinions which he has expressed about Marcus Cicero, Quintus Ennius and Publius Vergilius.

For in the twenty-second book of his *Moral Epistles*, which he addressed to Lucilius, he says² that the following verses which Quintus Ennius wrote³ about Cethegus, a man of the olden time, are absurd:

He by his fellow citizens was called,
By every man who lived and flourished then,
The people's chosen flower, Persuasion's marrow.

He then wrote the following about these lines: "I am surprised that men of great eloquence, devoted to Ennius, have praised those absurd verses as his best. Cicero, at any rate, includes them among examples of his good verses."⁴ He then goes on to say of Cicero: "I am not surprised that there existed a man who could write such verses, when there existed a man who could praise them; unless haply Cicero, that great orator, was pleading his own cause

² pp. 610 f. Hense, except for these fragments, only twenty books have come down to us.

³ *Ann.* 306 ff., Vahlen²; quoted by Cicero, *Brut.* 58.

⁴ *Cic. Brut.* 58.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 et volebat suos¹ versus videri bonos." Postea hoc etiam addidit insulsissime : " Aput ipsum quoque," inquit, " Ciceronem invenies, etiam in prosa oratione, quaedam ex quibus intellegas illum non perdidisse
7 operam, quod Ennium legit." Ponit deinde quae apud Ciceronem reprehendat, quasi Enniana, quod ita scripserit in libris *De Republica* : " Ut Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas," et quod alio in loco dixerit : " brevilloquentiam in dicendo colat." Atque ibi homo nugator Ciceronis errores deprecatur et : " Non fuit," inquit, " Cicero-
9 nis hoc vitium, sed temporis ; necesse erat haec dici, cum illa legerentur." Deinde adscribit Ciceronem haec ipsa interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lascivae orationis et nitidae.
- 10 De Vergilio quoque eodem in loco verba haec ponit : " Vergilius quoque noster non ex alia causa duros quosdam versus et enormes et aliquid supra mensuram trahentis interposuit quam ut Ennianus populus agnosceret in novo carmine aliquid antiquitatis."
- 11 Sed iam verborum Senecae piget ; haec tamen inepti et insubidi hominis ioca non praeteribo : " Quidam sunt," inquit, " tam magni sensus Q. Enni, ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere " ; et, cum reprehendisset versus quos supra de Cetego posuimus : " Qui huiuscemodi," inquit, " versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterici lectos."

¹ suos, *Skutsch* ; hos, *MSS.*

¹ V. 9, 11.

² Lit., " those who smell like a he-goat " ; cf. Hor. *Serm.* i. 2. 27, pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum ; *Epod.* xii. 5.

and wished his own verse to appear excellent." Later he adds this very stupid remark: "In Cicero himself too you will find, even in his prose writings, some things which will show that he did not lose his labour when he read Ennius." Then he cites passages from Cicero which he criticizes as taken from Ennius; for example, when Cicero wrote as follows in his *Republic*:¹ "As Menelaus, the Laconian, had a kind of sweet-speaking charm," and said in another place: "he cultivates brevity of speech in his oratory." And then that trifler apologizes for what he considers Cicero's errors, saying: "This was not the fault of Cicero, but of the times; it was necessary to say such things when such verses were read." Then he adds that Cicero inserted these very things in order to escape the charge of being too diffuse and ornamental in his style.

In the same place Seneca writes the following about Virgil also: "Our Virgil too admitted some verses which are harsh, irregular and somewhat beyond the proper length, with no other motive than that those who were devoted to Ennius might find a flavour of antiquity in the new poem."

But I am already weary of quoting Seneca; yet I shall not pass by these jokes of that foolish and tasteless man: "There are some thoughts in Quintus Ennius," says he, "that are of such lofty tone that though written among the unwashed,² they nevertheless can give pleasure among the anointed"; and, after censuring the verses about Cethegus which I have quoted above, he said: "It would be clear to you that those who love verses of this kind admire even the couches of Sotericus."³

³ Obviously, an unskilful workman.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 12 Dignus¹ sane² Seneca videatur lectione ac studio
adulescentium, qui honorem coloremque veteris
orationis Soterici lectis compararit, quasi minimae
13 scilicet gratiae et relictis iam contemptisque.³ Audias
tamen commemorari ac referri pauca quaedam quae
idem ipse Seneca bene dixerit, quale est illud, quod
in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem
dixit: "Quid enim refert quantum habeas? multo
14 illud plus est quod non habes." Benene hoc? sane
bene; sed adulescentium indolem non tam iuvant
quae bene dicta sunt quam inficiunt quae pessime,
multoque tanto magis, si et plura sunt quae deteriora
sunt, et quaedam in his non pro enthymemate aliquo
rei parvae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio
dicuntur.

III

Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et
super eo diversae sententiae Valgi Rufi et Tulli Tironis.⁴

- 1 VALGIUS RUFUS in secundo librorum quos inscripsit
De Rebus per Epistulam Quaestis, "lictorem" dicit a
"ligando" appellatum esse, quod, cum magistratus
populi Romani virgis quempiam verberari iussissent,
crura eius et manus ligari vincirique a viatore
solita sint, et inde is qui⁵ ex conlegio viatorum
officium ligandi haberet "lictor" sit appellatus;

¹ indignus, *Skutsch*. ² iamne or anne, *Damsté*.

³ *Weiss* makes the sentence interrogative.

⁴ Tironis, *Bentley*; Ciceronis, O²X; Ciceronis versus
accepti, ω (from lemma of XII. 4).

⁵ et inde is qui, *Mommsen*; is qui, δ; isque, γ.

BOOK XII. II. 12—III. 1

Worthy indeed would Seneca appear¹ of the reading and study of the young, a man who has compared the dignity and beauty of early Latin with the couches of Sotericus, implying forsooth that they possessed no charm and were already obsolete and despised! Yet listen to the relation and mention of a few things which that same Seneca has well said, for example what he said of a man who was avaricious, covetous and thirsting for money: "Why, what difference does it make how much you have? There is much more which you do not have." Is not that well put? Excellently well; but the character of the young is not so much benefited by what is well said, as it is injured by what is very badly put; all the more so, if the bad predominates, and if a part of the bad is uttered, not as an argument about some slight and trivial affair, but as advice in a matter requiring decision.

III

The meaning and origin of the word *lictor* and the varying opinions of Valgius Rufus and Tullius Tiro on that subject.

VALGIUS RUFUS, in the second of the books which he entitled *On Matters Investigated by Letter*, says² that the *lictor* was so called from *ligando* or "binding," because when the magistrates of the Roman people had given orders that anyone should be beaten with rods, his legs and arms were always fastened and bound by an attendant, and therefore that the member of the college of attendants who had the duty of binding him was called a *lictor*. And he quotes as

¹ Ironical, of course.

² p. 163, Unger

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- utiturque ad eam rem testimonio M. Tulli verbaque eius refert ex oratione quae dicta est *Pro C. Rabirio* :
- 2 "Lictor," inquit, "conliga manus." Haec ita Valgius.
- 3 Et nos sane cum illo sentimus; sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, "lictorem" vel a "limo" vel a "licio" dictum scripsit: "Licio enim transverso, quod 'limum' appellatur, qui magistratibus," inquit, "praeministrabant cincti erant."
- 4 Si quis autem est qui propterea putat probabilius esse quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in "lictore," sicuti in "licio," producta est et in eo verbo quod est "ligo" correpta est, nihil ad rem istud pertinet. Nam sicut a "ligando" "lictor" et a "legendo" "lector" et a "viendo" "vitor"¹ et "tuendo" "tutor" et "struendo" "structor" productis quae corripiebantur vocalibus dicta sunt.

IV

Versus accepti ex Q. Enni septimo *Annalium*, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

- 1 DESCRIPTUM definitumque est a Quinto Ennio in *Annali* septimo graphice admodum sciteque sub historia Gemini Servili, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia quantaque servandi tuendique secreti religione, quilibus denique ad muniendas vitae molestias fomentis,

¹ vivendo victor, ω; corr. by Lachmann; vincendo victor, ς.

evidence on this subject Marcus Tullius, citing these words from the speech entitled *In Defence of Gaius Rabirius*:¹ "Lictor, bind his hands." This is what Valgius says.

Now, I for my part agree with him; but Tullus Tiro, the freedman of Marcus Cicero, wrote² that the *lictor* got his name from *limus* or *licium*. "For," says he, "those men who were in attendance upon the magistrates were girt across with a kind of girdle called *limus*."

But if there is anyone who thinks that what Tiro said is more probable, because the first syllable³ in *lictor* is long like that of *licium*, but in the word *ligo* is short, that has nothing to do with the case. For in *lictor* from *ligando*, *lector* from *legendo*, *vitor* from *viendo*, *tutor* from *tuendo*, and *structor* from *struendo*, the vowels, which were originally short, are lengthened.

IV

Lines taken from the seventh book of the *Annals* of Ennius, in which the courteous bearing of an inferior towards a friend of higher rank is described and defined.

QUINTUS ENNIUS in the seventh book of his *Annals* describes and defines very vividly and skilfully in his sketch of Geminus Servilius, a man of rank, the tact, courtesy, modesty, fidelity, restraint and propriety in speech, knowledge of ancient history and of customs old and new, scrupulousness in keeping and guarding a secret; in short, the various remedies and methods of relief and solace for guarding against the annoy-

¹ § 13.

² p. 8, Lion

³ The vowel is long, not merely the syllable, as Gellius goes on to say.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- levamentis, solacis amicum esse conveniat hominis
 2 genere et fortuna superioris Eos ego versus non
 minus frequenti adsiduoque memoratu dignos puto
 3 quam philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color
 quidam vestustatis in his versibus tam reverendus est,
 suavitas tam inpromisca tamque a fuce omni remota
 est, ut mea quidem sententia pro antiquis sacratisque
 amicitias legibus observandi, tenendi colendique sint.
 4 Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis iam
 statim desideraret :

Hæce locutus vocat quocum bene saepe libenter
 Mensam sermonesque suos rerumque suarum
 Comiter inperit, magnam cum lassus diei
 Partem fuisset, de summis rebus regundis
 Consilio indu foro lato sanctoque senatu ;
 Cui res audacter magnas parvasque iocumque
 Floqueretur sed cura¹ malaque et bona dictu
 Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret,
 Quocum multa volup ac² gaudia clamque palam-
 que ;
 Ingenium cui nulla malum sententia suadet
 Ut faceret facinus levis aut malus ; doctus, fidelis,
 Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
 Scitus, secunda loquens in tempore, commodus,
 verbum
 Paucum, multa tenens antiqua sepulta, vetustas
 Quem facit et mores veteresque novosque tenen-
 tem,
 Multorum veterum leges divumque hominumque ;
 Prudenter qui dicta loquive tacereve posset ;
 Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

¹ sed cura, *Hosius* (*sed = sine*) ; et cuncta, *γ*.

² ac, *added in σ* ; volup sibi fecit clamque, *Vahlen*¹.

BOOK XII. IV. 1-4

ances of life, which the friend of a man who is his superior in rank and fortune ought to have. Those verses in my opinion are no less worthy of frequent, attentive perusal than the rules of the philosophers about duties. Besides this, there is such a venerable flavour of antiquity in these verses, such a sweetness, so unmixed and so removed from all affectation, that in my opinion they ought to be observed, remembered and cherished as old and sacred laws of friendship. Therefore I thought them worthy of quotation, in case there should be anyone who desired to see them at once :¹

So saying, on a friend he called, with whom
 He oft times gladly shared both board and speech
 And courteously informed of his affairs,
 On coming wearied from the sacred House
 Or Forum broad, where he all day had toiled,
 Directing great affairs with wisdom ; one with whom
 He freely spoke of matters great and small,
 Confiding to him thoughts approved or not,
 If he so wished, and found him trustworthy ;
 With whom he took much pleasure openly
 Or privily ; a man to whom no thought
 Suggested heedlessness or ill intent,
 A cultured, loyal and a winsome man,
 Contented, happy, learned, eloquent,
 Speaking but little and that fittingly,
 Obliging, knowing well all ancient lore,
 All customs old and new, the laws of man
 And of the gods, who with due prudence told
 What he had heard, or kept it to himself :
 Him 'mid the strife Servilius thus accosts.

¹ *Ann.* 234 ff., Vahlen.²

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

V

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta

- 1 Cum Delphos ad Pythia conventumque totius ferme Graeciae visendum philosophus Taurus iret nosque ei comites essemus inque eo itinere Lebadiam venissemus, quod est oppidum anticum in terra Boeotia, adfertur ibi ad Taurum amicum eius quempiam, nobilem in Stoica disciplina philosophum, aegra valitudine oppressum, decumbere. Tunc omisso itinere, quod alioquin maturandum erat, et relictis vehiculis, perguit eum propere videre, nosque de more, quem in locum cumque iret, secuti sumus. Et ubi ad aedes in quis ille aegrotus erat pervenimus, videmus hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Graeci κόλον dicunt, et feбри simul rapida adffictari gemitusque ex eo compressos erumpere spiritusque et anhelitus e pectore eius evadere, non dolorem magis indicantes quam pugnam adversum dolorem.
- 2 Post deinde, cum Taurus et medicos accersisset conlocutusque de faciendamedella esset et eum ipsum ad retinendam patientiam, testimonio tolerantiae

¹ p. 37, 24, Mentz.

BOOK XII. IV. 4-v. 3

They say that Lucius Aelius Stilo used to declare¹ that Quintus Ennius wrote these words about none other than himself, and that this was a description of Quintus Ennius' own character and disposition.

V

A discourse of the philosopher Taurus on the manner and method of enduring pain, according to the principles of the Stoics.

WHEN the philosopher Taurus was on his way to Delphi, to see the Pythian games and the throng that gathered there from almost all Greece, I was his companion. And when, in the course of the journey, we had come to Lebadia, which is an ancient town in the land of Boeotia, word was brought to Taurus there that a friend of his, an eminent philosopher of the Stoic sect, had been seized with illness and had taken to his bed. Then interrupting our journey, which otherwise would have called for haste, and leaving the carriages, he hastened to visit his friend, and I followed, as I usually did wherever he went. When we came to the house in which the sick man was, we saw that he was suffering anguish from pains in the stomach, such as the Greeks call *κόλος*, or "colic," and at the same time from a high fever. The stifled groans that burst from him, and the heavy sighs that escaped his panting breast, revealed his suffering, and no less his struggle to overcome it.

Later, when Taurus had sent for physicians and discussed with them the means of cure, and had encouraged the patient to keep up his endurance by commending the fortitude which he was showing,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

quam videbat perhibito, stabilisset, egressique inde ad vehicula et ad comites rediremus: "Vidistis," inquit Taurus, "non sane iucundum spectaculum, sed cognitu tamen utile, congregientes conpugnantesque philosophum et dolorem. Faciebat vis illa et natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum, faciebat contra ratio et natura animi, quod erat aequum suum: perpetiebatur et cohibebat coercerebatque infra sese violentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas conplorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat, signa tamen quaedam, sicut vidistis, existebant virtutis et corporis, de possessione hominis pugnantium."

- 4 Tum e sectatoribus Tauri iuvenis, in disciplinis philosophiae non ignavus, "Si tanta," inquit, "doloris acerbitas est, ut contra voluntatem contraque iudicium animi nitatur invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi saevientis, cur dolor aput Stoicos indifferens esse dicitur, non malum? Cur deinde aut Stoicus homo cogi aliquid potest aut dolor cogere, cum et dolorem Stoici nihil cogere et sapientem nihil cogi posse dicant?"
- 5 Ad ea Taurus vultu iam propemodum laetiore, delectatus enim videbatur inlecebra quaestionis, "Si iam amicus," inquit, "hic noster melius valeret, gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset et hanc, opinor, tibi quaestionem dissolvisset, me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum Stoa¹ potius, est enim pleraque et sibi et nobis incon-

¹ Stoa, *Thysius*; Stoica, *MSS.*; Stoa, p (= porticu) or secta, suggested by *Hosius* (but cf. *Porph. on Hor. Epist.* 1. 1. 16-17).

we left the house. And as we were returning to the carriages, and our companions, Taurus said: "You were witness of no very pleasant sight, it is true, but one which was, nevertheless, a profitable experience, in beholding the encounter and contest of a philosopher with pain. The violent character of the disorder, for its part, produced anguish and torture of body; reason and the spiritual nature, on the other hand, similarly played their part, supporting and restraining within bounds the violence of well-nigh ungovernable pain. He uttered no shrieks, no complaints, not even any unseemly outcries; yet, as you saw, there were obvious signs of a battle between soul and body for the man's possession."

Then one of the disciples of Taurus, a young man not untrained in philosophy, said: "If the bitterness of pain is such that it struggles against the will and judgment, forcing a man to groan involuntarily and confess the evil of his violent disorder, why is it said among the Stoics that pain is a thing indifferent and not an evil? Furthermore, why can a Stoic be compelled to do anything, or how can pain compel him, when the Stoics say that pain exerts no compulsion, and that a wise man cannot be forced to do anything?"

To this Taurus, with a face that was now somewhat more cheerful, for he seemed pleased at being lured into a discussion, replied as follows: "If this friend of ours were now in better health, he would have defended such unavoidable groans against reproach and, I dare say, would have answered your question; but you know that I am no great friend of the Stoics, or rather, of the Stoa; for it is often

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

gruens, sicut libro quem supra illa re composuimus
6 declaratur. Sed ut tibi a me mos geratur, dicam
ego 'indoctius,' ut aiunt, 'et apertius,' quae fuisse
dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc
adesset Stoicorum; nosti enim, credo, verbum illud
vetus et pervolgatum:

'Αμαθέστερόν πως εἶπὲ καὶ σαφέστερον λέγει." ¹

Atque hinc exorsus de dolore atque de gemitu
7 Stoici aegrotantis ita disseruit: "Natura," inquit,
"omnium rerum quae nos genuit, induit nobis in-
levitque in ipsis statim principis quibus nati sumus,
amorem nostri et caritatem, ita prorsus ut nihil quic-
quam esset carius pensiusque nobis quam nosmet
ipsi, atque hoc esse fundamentum iustitiae conservan-
dae hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum,
simul atque editus in lucem foret, harum prius rerum
sensum adfectionemque caperet quae a veteribus
philosophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata sunt; ut
omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab
incommodis omnibus abhorreret. Postea per incre-
menta aetatis exorta e seminibus suis ratio et
utendi consilii reputatio et honestatis utilitatisque
verae contemplatio subtiliorque et exploratior com-
modorum incommodorumque ² dilectus; atque ita
prae ceteris omnibus enituit et praefulsit decori et
honesti dignitas ac, si ei retinendae obtinendaeve
incommodum extrinsecus aliquid obstraret, contemp-
tum est; neque aliud esse vere et simpliciter bonum
nisi honestum, aliud quicquam malum nisi quod

¹ λέγει not in MSS. of Arist.

² incommodorum supplied by Bentley.

¹ Aristophanes, *Frogs*, 1445.

BOOK XII. v. 5-7

inconsistent with itself and with us, as is shown in the book which I have written on that subject. But to oblige you, I will say 'unlearnedly and clearly,' as the adage has it, what I imagine that any Stoic now present would have said more intricately and cleverly. For you know, I suppose, that old and familiar proverb :¹

Less eruditely speak and clearer, please."

And with that preamble he discoursed as follows about the pain and groans of the ailing Stoic: "Nature," said he, "who produced us, implanted in us and incorporated in the very elements from which we sprang a love and affection for ourselves, to such a degree that nothing whatever is dearer or of more importance to us than ourselves. And this, she thought, would be the underlying principle for assuring the perpetuation of the human race, if each one of us, as soon as he saw the light, should have a knowledge and understanding first of all of those things which the philosophers of old have called τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, or 'the first principles of nature'; that is, that he might delight in all that was agreeable to his body and shrink from everything disagreeable. Later, with increasing years, reason developed from its first elements, and reflection in taking counsel, and the consideration of honour and true expediency, and a wiser and more careful choice of advantages as opposed to disadvantages; and in this way the dignity of virtue and honour became so pre-eminent and so superior, that any disadvantage from without which prevented our holding and retaining this quality was despised. Nothing was considered truly and wholly good unless it was honourable, and

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

turpe esset existimatum est. Reliqua omnia, quae in medio forent ac neque honesta essent neque turpia, neque bona esse neque mala decretum est. Productiones tamen et relationes suis quaeque momentis distinctae divisaeque sunt, quae προηγμένα et ἀποπροηγμένα ipsi vocant. Propterea voluptas quoque et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque vivendi pertinet, et in mediis relictā et neque in
8 bonis neque in malis iudicata sunt. Sed enim quoniam his primis sensibus doloris voluptatisque ante consilii et rationis exortum recens natus homo inbutus est et voluptati quidem a natura conciliatus, a dolore autem, quasi a gravi quodam inimico, abiunctus alienatusque est—idecirco adfectiones istas primitus penitusque inditas ratio ipsi post addita convellere ab stirpe atque extinguere vix potest. Pugnat autem cum his semper et exultantis eas opprimit obteritque et parere sibi atque oboedire
9 cogit. Itaque vidistis philosophum, ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi dolorisque exultantia conluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem, neque ut plerique dolentes solent, eiulantem atque lamentantem ac miserum sese et infelicem appellan-tem, sed acres tantum anhelitus et robustos gemitus edentem, signa atque indicia non victi nec obpressi a dolore, sed vincere eum atque obprimere enitentis.
10 “Sed haut scio,” inquit, “an dicat aliquis, ipsum illud quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere et pugnare? Quia enim

¹ Cf. i. 2. 9.

nothing evil unless it is dishonourable. All other things which lay between, and were neither honourable nor dishonourable, were decided to be neither good nor evil.¹ But *productiones* and *relationes*, which the philosophers call *προηγμένα*, or 'things desirable,' and *ἀποπροηγμένα*, or 'things undesirable,' are distinguished and set apart each by their own qualities. Therefore pleasure also and pain, so far as the end of living well and happily is concerned, are regarded as indifferent and classed neither with good nor with evil. But since the newly-born child is endowed with these first sensations of pain and pleasure before the appearance of judgment and reason, and is attracted to pleasure by nature, but averted and alienated from pain, as if from some bitter enemy—therefore reason, which is given to him later, is hardly able to uproot and destroy those inclinations which were originally and deeply implanted in him. Yet he constantly struggles with them, checks and tramples them under foot when they are excessive, and compels them to obey and submit to him. Hence you saw the philosopher, relying upon the efficacy of his system, wrestling with the insolent violence of disease and pain, yielding nothing, admitting nothing; not, as sufferers commonly do, shrieking, lamenting and calling himself wretched and unhappy, but giving vent only to panting breathing and deep sighs, which are signs and indications, not that he is overcome or subdued by pain, but that he is struggling to overcome and subdue it.

"But very likely," said he, "because of the mere fact that he struggles and groans, someone may ask, if pain is not an evil, why it is necessary to groan and struggle? It is because all things which are not

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

omnia quae non sunt mala molestia quoque omni non carent, sed sunt pleraque noxa quidem magna et pernicie privata, quia non sunt turpia, contra naturae tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt et infesta per obscuram quandam et necessariam ipsius naturae consequentiam. Haec ergo vir sapiens tolerare et exanclare¹ potest, non admittere omnino in sensum sui non potest; ἀναληγσία enim atque ἀπάθεια non meo tantum," inquit, "sed quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque docti viri, inprobata abiectaue est.

- 11 "Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae locus; cum vero natura cogit, ratio quoque a natura data cogitur. Quare etiam, si videtur, cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata invitus coniveat, cur fulgente caelo a luminis iactu non sua sponte et caput et oculos declinet, cur tonitru vehementius facto² sensim pavescat, cur sternumentis quatiatur, cur aut in ardoribus solis
12 aestuet aut in pruinis inmanibus obrigescat. Haec enim et pleraque alia non voluntas nec consilium nec ratio moderatur, set naturae necessitatisque decreta sunt.
- 13 "Fortitudo autem non east, quae contra naturam monstri vicem nititur ultraque modum eius egreditur aut stupore animi aut inmanitate aut quadam misera

¹ *Hosius*; cun(c)tari, ω, eluctari, *Madvig*.

² factō, Q; factō sensim, γ; impavescat, *Skutsch*.

¹ That is, they do not involve any guilt.

² Fr. 14, Fowler.

evil are not also wholly lacking in annoyance, but there are very many things which, though free from any great harm or baneful effect, as not being base,¹ are none the less opposed to the gentleness and mercy of nature through a certain inexplicable and inevitable law of nature herself. These, then, a wise man can endure and put up with, but he cannot exclude them altogether from his consciousness; for ἀναλγησία, or ‘insensibility,’ and ἀπάθεια, or ‘lack of feeling,’ not only in my judgment,” said he, “but also in that of some of the wise men of that same school (such as Panaetius,² a serious and learned man) are disapproved and rejected.

“But why is a Stoic philosopher, upon whom they say no compulsion can be exerted, compelled to utter groans against his will? It is true that no compulsion can be exerted upon a wise man when he has the opportunity of using his reason; but when nature compels, then reason also, the gift of nature, is compelled. Inquire also, if you please, why a man involuntarily winks when someone’s hand is suddenly directed against his eyes, why when the sky is lit up by a flash of lightning he involuntarily drops his head and closes his eyes, why as the thunder grows louder he gradually becomes terrified, why he is shaken by sneezing, why he sweats in the heat of the sun or grows cold amid severe frosts. For these and many other things are not under the control of the will, the judgment, or the reason, but are decrees of nature and of necessity.

“Moreover, that is not fortitude which, like a giant, struggles against nature and goes beyond her bounds, either through insensibility of spirit, or

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- et necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione—
qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo Caesaris gladiatorem, qui, cum vulnera eius a medicis exsecabantur, ridere solitus fuit—sed ea vera et proba fortitudost, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum et non tolerandarum. Per quod apparet esse quaedam intolerabilia, a quibus fortes viri aut obeundis abhorreant aut sustinendis.”
- 14
15 Cum haec Taurus dixisset videreturque in eandem rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula et conscendimus.

VI

De aenigmate.

- 1 QUAE Graeci dicunt “aenigmata,” hoc genus quidam ex nostris veteribus “scirpos” appellaverunt. Quale est quod nuper invenimus per hercle antiquum, perquam lepidum, tribus versibus senariis compositum aenigma, quod reliquimus menarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus
- 2 Versus tres hi sunt :
- Semel minusne an bis minus sit, nescio ;
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.
- 3 Hoc qui nolit diutius aput sese quaerere, inveniet quid sit in M. Varronis *De Sermone Latino ad Marcellum* libro secundo.

¹ Apparently so called from the involved pattern of plaited rushes.

² The answer is Terminus. Once *minus* and twice *minus* = thrice (*ter*) *minus*. In the *cella* of Jupiter on the Capitolum,
382

BOOK XII. v. 13—vi. 3

savage pride, or some unhappy and compulsory practice in bearing pain—such as we heard of in a certain savage gladiator of Caesar's school, who used to laugh when his wounds were probed by the doctors—but that is true and noble fortitude which our forefathers called a knowledge of what is endurable and unendurable. From this it is evident that there are some insupportable trials, from the undergoing or endurance of which brave men may shrink."

When Taurus had said this and seemed to intend to say even more, we reached our carriages and entered them.

VI

On the Enigma.

THE kind of composition which the Greeks call "enigmas," some of our early writers called *scipi*, or "rushes."¹ An example is the enigma composed of three iambic trimeters which I recently found—very old, by Jove! and very neat. I have left it unanswered, in order to excite the ingenuity of my readers in seeking for an answer. The three verses are these:

I know not if he's minus once or twice,
Or both of these, who would not give his place,
As I once heard it said, to Jove himself.

He who does not wish to puzzle himself too long will find the answer² in the second book of Varro's *Latin Language, addressed to Marcellus*.³

or possibly in the *pronaos*, there was a terminal *cippus*, representing Terminus, who refused to be removed from his original site. ³ Fr. 54, Wilmanns.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

VII

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem
veneficii confitentemque ad Ariopagitas reiecit.

- 1 Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio provin-
ciam Asiam obtinentem, deducta mulier Smyrnaea est.
- 2 Eadem mulier virum et filium eodem tempore venenis
clam datis vita interfecerat atque id fecisse se confi-
tebatur dicebatque habuisse se faciendi causam, quo-
niam idem illi maritus et filius alterum filium
mulieris, ex viro priore genitum, adolescentem opti-
mum et innocentissimum, exceptum insidiis occidis-
sent. Idque ita esse factum, controversia non erat.
- 3 Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex
4 consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti aude-
bat, quod et confessum veneficium, quo maritus et
filius necati forent, non admittendum inpunitum
videbatur et digna tamen poena in homines sceleratos
vindictatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad
5 Ariopagitas, ut ad iudices graviores exercitatioresque,
6 reiecit. Ariopagitae, cognita causa, accusatorem
mulieris et ipsam quae accusabatur centesimo anno
7 adesse iusserunt. Sic neque absolutum mulieris
veneficium est, quod per leges non licuit, neque
nocens damnata poenitaque quae digna venia fuit.
- 8 Scripta haec historiast in libro Valerii Maximi
Factorum et Dictorum Memorabilium nono.

¹ A very ancient court at Athens, so called because it held
its meetings on the Areopagus, or Hill of Mars.

VII

Why Gnaeus Dolabella, the proconsul, referred to the court of the Areopagus the case of a woman charged with poisoning and admitting the fact.

WHEN Gnaeus Dolabella was governing the province of Asia with proconsular authority, a woman of Smyrna was brought before him. This woman had killed her husband and her son at the same time by secretly giving them poison. She confessed the crime, and said that she had reason for it, since her husband and son had treacherously done to death another son of hers by a former husband, an excellent and blameless youth; and there was no dispute about the truth of this statement. Dolabella referred the matter to his council. No member of the council ventured to render a decision in so difficult a case, since the confession of the poisoning which had resulted in the death of the husband and son seemed to call for punishment, while at the same time a just penalty had thereby been inflicted upon two wicked men. Dolabella referred the question to the Areopagites¹ at Athens, as judges of greater authority and experience. The Areopagites, after having heard the case, summoned the woman and her accuser to appear after a hundred years. Thus the woman's crime was not condoned, for the laws did not permit that, nor, though guilty, was she condemned and punished for a pardonable offence. The story is told in the ninth book of Valerius Maximus' work on *Memorable Occurrences and Sayings*.²

² viii. 1 amb. 2, Kempf; Gellius' reference is wrong.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

VIII

Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignae.

- 1 P. AFRICANUS superior et Tiberius Gracchus, Tiberii et C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine et honorum atque vitae dignitate illustres viri, dissenserunt saepenumero de republica et ea sive qua alia re non amici fuerunt. Ea simultas cum diu
- 2 mansisset et sollemni die epulum Iovi libaretur atque ob id sacrificium senatus in Capitolio epularetur, fors fuit ut aput eandem mensam duo illi iunctim locarentur. Tum, quasi diis immortalibus arbitris in
- 3 convivio Iovis Optimi Maximi dexteras eorum conductibus, repente amicissimi facti. Neque solum amicitia incepta, sed adfinitas simul instituta; nam
- 4 P. Scipio filiam virginem habens iam viro maturam, ibi tunc eodem in loco despondit eam Tiberio Graccho, quem probaverat elegeratque exploratissimo iudicii tempore, dum inimicus esset.
- 5 Aemilius quoque Lepidus et Fulvius Flaccus, nobili genere amplissimisque honoribus ac summo loco in civitate praediti, odio inter sese gravi et simultate
- 6 diutina conflictati sunt. Postea populus eos simul censores facit. Atque illi, ubi voce praeconis renuntiati sunt, ibidem in campo statim, nondum dimissa

¹ On the 13th of September, which was also the anniversary of the founding of the Capitoline Temple. See Fowler, *Roman Festivals*, pp. 217 f.

VIII

Noteworthy reconciliations between famous men.

PUBLIUS AFRICANUS the elder and Tiberius Gracchus, father of Tiberius and Gaius Gracchus, men illustrious for their great exploits, the high offices which they held, and the uprightness of their lives, often disagreed about public questions, and for that reason, or some other, were not friends. When this hostility had lasted for a long time, the feast was offered to Jupiter on the appointed day,¹ and on the occasion of that ceremony the senate banqueted in the Capitol. It chanced that the two men were placed side by side at the same table, and immediately, as if the immortal gods, acting as arbiters at the feast of Jupiter, Greatest and Best of Gods, had joined their hands, they became the best of friends. And not only did friendship spring up between them, but at the same time their families were united by a marriage; for Publius Scipio, having a daughter that was unwedded and marriageable at the time, thereupon on the spot betrothed her to Tiberius Gracchus, whom he had chosen and approved at a time when judgment is most strict; that is, while he was his personal enemy.

Aemilius Lepidus, too, and Fulvius Flaccus, men of noble birth, who had held the highest offices, and occupied an exalted place in public life, were opposed to each other in a bitter hatred and enmity of long standing. Later, the people chose them censors at the same time. Then they, as soon as their election was proclaimed by the herald, in the Campus Martius itself, before the assembly was dis-

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

contione, ultro uterque et pari voluntate coniuncti complexique sunt, exque eo die et in ipsa censura et postea iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt.

IX

Quae dicantur vocabula ancipitia; et quod honoris quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

- 1 Est plurifariam videre atque animadvertere in veteribus scriptis pleraque vocabula, quae nunc in sermonibus vulgi unam certamque rem demonstrant, ita fuisse media et communia ut significare et capere possent duas inter se res contrarias. Ex quibus quaedam satis nota sunt, ut "tempestas," "validudo," "facinus," "dolus," "gratia," "industria." Haec
- 2 enim fere iam vulgatum est ancipitia esse et utroqueversus dici posse.
"Periculum" etiam et "venenum" et "contagium" non, uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum huiusmodi reperias.
- 3 Sed "honorem" quoque mediam vocem fuisse et ita appellatum, ut etiam "malus honos" diceretur et significaret iniuriam, id profecto rarissimum. Quintus
- 4 autem Metellus Numidicus, in oratione quam *De Triumpho Suo* dixit, his verbis usus est: "Qua in re quanto universi me unum antistatis, tanto vobis quam mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit, Quirites, et quanto probi iniuriam facilius accipiunt

¹ *Tempestas* means good or bad weather; *validudo*, good or ill health, etc.

² *O. R. F.*, p. 275, Meyer.²

persed, both voluntarily and with equal joy, immediately joined hands and embraced each other, and from that day, both during their censorship and afterwards, they lived in continual harmony as loyal and devoted friends

IX

What is meant by "ambiguous" words; and that even *honor* was such a word.

ONE may very often see and notice in the early writings many words which at present in ordinary conversation have one fixed meaning, but which then were so indifferent and general, that they could signify and include two opposite things. Some of these are well known, such as *tempestas* (weather), *valitudo* (health), *facinus* (act), *dolus* (device), *gratia* (favour), *industria* (activity).¹ For it is well-nigh a matter of general knowledge that these are ambiguous and can be used either in a good or in a bad sense.

That *periculum* (trial), too, and *venenum* (drug) and *contagium* (contagion) were not used, as they now are, only in a bad sense, you may learn from many examples of that usage. But the use of *honor* as an indifferent word, so that people even spoke of "bad honour," signifying "wrong" or "injury," is indeed very rare. However, Quintus Metellus Numidicus, in a speech which he delivered *On his Triumph*, used these words:² "In this affair, by as much as the whole of you are more important than my single self, by so much he inflicts upon you greater insult and injury than on me; and by as much as honest men are more willing to suffer wrong than to

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- quam alteri tradunt, tanto ille vobis quam mihi peiorem honorem habuit; nam me iniuriam ferre, vos facere vult, Quirites, ut hic conquestio, istic vituperatio relinquatur." "Honorem," inquit, 5 "peiorem vobis habuit quam¹ mihi"; cuius verbi sententia est quam ipse quoque supra dicit: "maiore vos adfecit iniuria et contumelia quam me."
- 6 Praeter huius autem verbi notionem adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Quinti Metelli existimavi, ut definiremus Socratis esse decretum: *κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι.*

X

Quod "aeditumus" verbum Latinum sit.

- 1 "AEDITIMUS" verbum Latinum est et vetus, ea 2 forma dictum qua "finitimus" et "legitimus." Pro eo a plerisque nunc "aedituus" dicitur nova et 3 commenticia usurpatione, quasi a tuendis aedibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse *** propter agrestes quosdam et indomitos certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur.
- 4 M. Varro in libro secundo *Ad Marcellum De Latino Sermone* "aeditumum" dici oportere censet magis quam "aedituum," quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum. Laevius

¹ quam gratiam, ω; gratiam *deleted by Carrio.*

¹ Plato, *Gorgias*, p. 473 A; 489 A; 508 B.

² So the MSS.; *aeditumus* is a variant spelling.

do wrong to another, by so much has he shown worse honour (*peiores honorem*) to you than to me; for he wishes me to suffer injustice, Romans, and you to inflict it, so that I may be left with cause for complaint, and you may be open to reproach." He says, "he has shown worse honour to you than to me," and the meaning of the expression is the same as when he himself says, just before that, "he has inflicted a greater injury and insult on you than on me."

In addition to the citation of this word, I thought I ought to quote the following saying from the speech of Quintus Metellus, in order to point out that it is a precept of Socrates; the saying in question is. "It is worse to be unjust than to suffer injustice."¹

X

That *aeditumus* is a Latin word.

*Aeditumus*² is a Latin word and an old one at that, formed in the same way as *finitimus* and *legitimus*. In place of it many to-day say *aedituus* by a new and false usage, as if it were derived from guarding the temples.³ This ought to be enough to say as a warning⁴ . . . because of certain rude and persistent disputants, who are not to be restrained except by the citation of authorities.

Marcus Varro, in the second book of his *Latin Language addressed to Marcellus*, thinks⁵ that we ought to use *aeditumus* rather than *aedituus*, because the latter is made up by a late invention, while the former is pure and of ancient origin. Laevius too,

³ That is, from *aedes* and *tueor*.

⁴ There is a lacuna in the text.

⁵ Fr 54, Wilmanns.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 quoque, ut opinor in *Protesilaodamia*, "claustritumum" dixit qui claustris ianuae praeesset, eadem scilicet figura qua "aeditumum" dici videbat qui aedibus
6 praeest. In *IV in¹ Verrem* M. Tullii in exemplaribus fidelissimis ita inveni scriptum: "Aeditumi custodesque mature sentiunt," in libris autem hoc vulgaris
7 "aeditu" scriptum est. Pomponi fabula *Atellania* est quae ita scripta est: *Aeditumus*. In qua hic versus est:

Qui postquam tibi appáreo atque aeditumor in
templó tuo.

- 8 Titus autem Lucretius in carmine suo pro "aedituis"
"aedituentes" appellat.

XI

Errare istos qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla sit; et super ea re Peregrini philosophi sermo et Sophochi poetae sententia.

- 1 PHILOSOPHUM nomine Peregrinum, cui postea cognomen Proteus factum est, virum gravem atque constantem, vidimus, cum Athenis essemus, deversantem in quodam tugurio extra urbem. Cumque ad eum frequenter ventitaremus, multa hercle dicere eum utiliter et honeste audivimus. In quibus id fuit, quod praecipuum auditu meminimus:
2 Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiamsi peccasse eum diu atque homines

¹ IV in, added by Vogel.

¹ Fr. 16, Bahrens.

³ v. 2, Ribbeck,³

² ii 4 96.

⁴ vi. 1273.

in the *Protesilaodamia* I think, used *claustritimum*¹ of one who had charge of the fastenings of a door, evidently using the same formation by which he saw that *aeditumus*, or “one who guards the temples,” is made. In the most reliable copies of Marcus Tullius’ *Fourth Oration against Verres* I find it written:² “The custodians (*aeditumi*) and guards quickly perceive it,” but in the ordinary copies *aeditui* is read. There is an Atellan farce of Pomponius’ entitled *Aeditumus*. In it is this line:³

As soon as I attend you and keep your temple-door (*aeditumor*).

Titus Lucretius too in his poem⁴ speaks of *aedituentes*, instead of *aeditui*.⁵

XI

That those are deceived who sin in the confident hope of being undetected, since there is no permanent concealment of wrongdoing, and on that subject a discourse of the philosopher Peregrinus and a saying of the poet Sophocles.

WHEN I was at Athens, I met a philosopher named Peregrinus, who was later surnamed Proteus, a man of dignity and fortitude, living in a hut outside the city. And visiting him frequently, I heard him say many things that were in truth helpful and noble. Among these I particularly recall the following:

He used to say that a wise man would not commit a sin, even if he knew that neither gods nor men

⁵ Both *aeditumus* and *aedituus* are good Latin words. The former is made like *furtumus* and originally meant “belonging to a temple”; it derived its meaning “guardian of a temple” from *aedituus* (*aedes* and *tueor*).

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

3 ignoraturi forent. Non enim poenae aut infamiae
metu non esse peccandum censebat, sed iusti honesti-
4 que studio et officio. Si qui tamen non essent tali
vel ingenio vel disciplina praediti, uti se vi sua ac
sua sponte facile a peccando tenerent, eos omnis tunc
peccare proclivius existimabat, cum latere posse id
peccatum putarent inpunitatemque ex ea latebra
5 sperarent. “At si sciant,” inquit, “homines nihil
omnium rerum diutius posse celari, repressius pu-
6 dentiusque peccabitur.” Propterea versus istos
Sophocli, prudentissimi poetarum, in ore esse habendos dicebat :

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ἅπανθ' ὄρων
Καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χροῖνος.

7 Alius quidam veterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit.

XII

Faceta responsio M. Ciceronis, amolientis a se crimen manifesti mendacii.

1 ΗΑΕC quoque disciplina rhetorica¹ est, callide et cum astu res criminosas citra periculum confiteri, ut si obiectum sit turpe aliquid quod negari non queat, responsione ioculari eludas et rem facias risu magis dignam quam crimine, sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cum id quod infitari non poterat urbano

¹ Hoc . . . disciplinae rhetoricae, *Nettleship*.

BOOK XII. XI. 2-XII. I

would know it; for he thought that one ought to refrain from sin, not through fear of punishment or disgrace, but from love of justice and honesty and from a sense of duty. If, however, there were any who were neither so endowed by nature nor so well disciplined that they could easily keep themselves from sinning by their own will power, he thought that such men would all be more inclined to sin whenever they thought that their guilt could be concealed and when they had hope of impunity because of such concealment. "But," said he, "if men know that nothing at all can be hidden for very long, they will sin more reluctantly and more secretly." Therefore he said that one should have on his lips these verses of Sophocles, the wisest of poets:¹

See to it lest you try aught to conceal;
Time sees and hears all, and will all reveal.

Another one of the old poets, whose name has escaped my memory at present, called Truth the daughter of Time.

XII

A witty reply of Marcus Cicero, in which he tried to refute the charge of a direct falsehood.

THIS also is part of a rhetorical training, cunningly and cleverly to admit charges not attended with danger, so that if something base is thrown up to you which cannot be denied, you may turn it off by a jocular reply, making the thing seem deserving of laughter rather than censure. This we read that Cicero did, when by a witty and clever remark he

¹ Fr. 280 N².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

2 facetoque dicto diluit. Nam cum emere vellet in Palatio domum et pecuniam in praesens non haberet, a P. Sulla, qui tum reus erat, mutua sestertium 3 viciens tacita accepit. Ea res tamen, priusquam emeret, prodita est et in vulgus exivit, obiectumque ei est quod pecuniam domus emendae causa a reo 4 accepisset. Tum Cicero, inopinata obprobatione permotus, accepisse se negavit ac domum quoque se empturum negavit atque "Adeo," inquit, "verum sit accepisse me pecuniam, si domum emero." Sed cum postea emisset et hoc mendacium in senatu ei ab amicis obiceretur, risit satis atque inter ridendum: "Ἀκουρονόητοι," inquit, "homines estis, cum ignoratis prudentis et cauti patrisfamilias esse, quod emere velit empturum sese negare propter competitores emptionis."

XIII

Intra Kalendas" cum dicitur, quid significet, utrum "ante Kalendas" an "Kalendis" an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli "intra oceanum" et "intra montem Taurum" et in quadam epistula "intra modum."

- 1 Cum Romae a consulibus iudex extra ordinem datus pronuntiare "intra Kalendas" iussus essem, Sulpicium

¹ About \$100,000 or £20,000.

² He was charged with participation in the conspiracy of Catiline.

³ From early times the examination of the evidence in cases at law was turned over by the magistrates to private persons, who acted under instruction from the magistrate. Lawsuits consisted of two parts. a preliminary hearing before the magistrate (*in iure*) and the proceedings *in iudicio*

put aside what could not be denied. For when he wished to buy a house on the Palatine, and did not have the ready money, he received a loan of 2,000,000 sesterces¹ privately from Publius Sulla, who was at the time under accusation.² But before he bought the house, the transaction became known and reached the ears of the people, and he was charged with having received money from an accused man for the purpose of buying a house. Then Cicero, disturbed by the unexpected reproach, said that he had not received the money and also declared that he had no intention of buying a house, adding: "Therefore, if I buy the house, let it be considered that I did receive the money." But when later he had bought the house and was twitted in the senate with this falsehood by friends, he laughed heartily, saying as he did so: "You are men devoid of common sense, if you do not know that it is the part of a prudent and careful head of a family to get rid of rival purchasers by declaring that he does not intend to buy something that he wishes to purchase."

XIII

What is meant by the expression "within the Kalends," whether it signifies "before the Kalends" or "on the Kalends," or both; also the meaning of "within the Ocean" and "within Mount Taurus" in a speech of Marcus Tullius, and of "within the limit" in one of his letters.

WHEN I had been named by the consuls a judge extraordinary at Rome,³ and ordered to give judgment "within the Kalends," I asked Sulpicius Apollinaris,

before the private judge. Gellius mentions a similar appointment by the praetors in xiv. 2. 1.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- Apollinarem, doctum hominem, percontatus sum an his verbis "intra Kalendas" ipsae quoque Kalendae tenerentur, dixique ei me¹ videlicet datum Kalendasque mihi predictas, ut intra eum diem pronuntiarem.
- 2 "Cur," inquit, "hoc me potius rogas quam ex istis aliquem peritis studiosisque iuris, quos adhibere in consilium iudicaturi soletis?" Tum illi ego ita
- 3 respondi: "Si aut de vetere," inquam, "iure et² recepto aut controverso et ambiguo aut novo et constituto discendum esset, issem plane sciscitatum ad
- 4 istos quos dicis; sed cum verborum Latinorum sententia, usus, ratio exploranda sit, scaevus profecto et caecus animi forem, si, cum haberem tui copiam,
- 5 issem magis ad alium quam ad te." "Audi igitur," inquit, "de ratione verbi quid existimem, sed eo tamen pacto ut id facias, non quod ego de proprietate vocis disseruero, sed quod in ea re omnium pluriumve consensu observari cognoveris; non enim verborum tantum communium verae atque propriae significationes longiore usu mutantur, sed legum quoque ipsarum iussa consensu tacito oblittebantur."
- 6 Tum deinde disseruit, me et plerisque aliis audientibus, in hunc ferme modum: "Cum dies," inquit, "ita praefinita est, ut iudex 'intra Kalendas' pronuntiet, occupavit iam haec omnes opinio, non esse dubium quin ante Kalendas iure pronuntietur, et id tantum

¹ me iudicem, *Hertz* (N²); me omitted by *Q*.

² et, *Hosius*; aut, *ω*.

¹ That is, *intra*.

a learned man, whether the phrase "within the Kalends" included the Kalends themselves; and I told him that I had been duly appointed, that the Kalends had been set as the limit, and that I was to give judgment "within" that day. "Why," said he, "do you make this inquiry of me rather than of some one of those who are students of the law and learned in it, whom you are accustomed to take into your counsel when about to act as judge?" Then I answered him as follows: "If I needed information about some ancient point of law that had been established, one that was contested and ambiguous, or one that was newly ratified, I should naturally have gone to inquire of those whom you mention. But when the meaning, use and nature of Latin words is to be investigated, I should indeed be stupid and mentally blind, if, having the opportunity of consulting you, I had gone to another rather than to you." "Hear then," said he, "my opinion about the meaning of the word,¹ but be it understood that you will not act according to what I shall say about its nature, but according to what you shall learn to be the interpretation agreed upon by all, or by very many, men; for not only are the true and proper significations of common words changed by long usage, but even the provisions of the laws themselves become a dead letter by tacit consent."

Then he proceeded to discourse, in my hearing and that of several others, in about this fashion: "When the time," said he, "is so defined that the judge is to render a decision 'within the Kalends,' everyone at once jumps to the conclusion that there is no doubt that the verdict may lawfully be rendered before the Kalends, and I observe that the only

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

ambigi video quod tu quaeris, an Kalendis quoque
7 iure pronuntietur. Ipsum autem verbum sic procul
dubio natum est atque ita sese habet, ut, cum dicitur
'intra Kalendas,' non alius accipi dies debeat quam
solae Kalendae. Nam tres istae voces 'intra, citra,
ultra,' quibus certi locorum fines demonstrantur, singu-
laribus apud veteres syllabis appellabantur 'in, cis,
8 uls.' Haec deinde particulae quoniam parvo exiguo-
que sonitu obscurius promebantur, addita est tribus
omnibus eadem syllaba, et quod dicebatur 'cis Tibe-
rim' et 'uls Tiberim' dici coeptum est 'citra Tibe-
rim' et 'ultra Tiberim'; item quod erat 'in,' acce-
9 dente eadem syllaba, 'intra' factum est. Sunt ergo
haec omnia quasi contermina iunctis inter se finibus
cohaerentia: 'intra oppidum,' 'ultra oppidum,'
'citra oppidum,' ex quibus 'intra,' sicuti dixi, 'in'
10 significat; nam qui dicit 'intra oppidum,' 'intra
cubiculum,' 'intra ferias,' non dicit aliud quam 'in
oppido,' 'in cubiculo,' 'in feriis.'

11 " 'Intra Kalendas' igitur non 'ante Kalendas' est,
sed 'in Kalendis'; id est, eo ipso die quo Kalendae
12 sunt. Itaque secundum verbi ipsius rationem qui
iussus est 'intra Kalendas' pronuntiare, nisi Kalendis
13 pronuntiet, contra iussum vocis facit; nam, si ante id
14 fiat, non 'intra' pronuntiat, sed 'citra.' Nescio quo
autem pacto recepta vulgo interpretatio est absur-

question is the one which you raise, namely, whether the decision may lawfully be rendered also on the Kalends. But undoubtedly the word itself is of such origin and such a nature that when the expression 'within the Kalends' is used, no other day ought to be meant than the Kalends alone. For those three words *intra*, *citra*, *ultra* (within, this side, beyond), by which definite boundaries of places are indicated, among the early writers were expressed by monosyllables, *in*, *cis*, *uls*. Then, since these particles had a somewhat obscure utterance because of their brief and slight sound, the same syllable was added to all three words, and what was formerly *cis Tiberim* (on this side of the Tiber) and *uls Tiberim* (beyond the Tiber) began to be called *citra Tiberim* and *ultra Tiberim*; and *in* also became *intra* by the addition of the same syllable. Therefore all these expressions are, so to speak, related, being united by common terminations: *intra oppidum*, *ultra oppidum*, *citra oppidum*, of which *intra*, as I have said, is equivalent to *in*; for one who says *intra oppidum*, *intra cubiculum*, *intra ferias* means nothing else than *in oppido* (in the town), *in cubiculo* (in the room), *in feriis* (during the festival).

" 'Within the Kalends,' then, is not 'before the Kalends,' but 'on the Kalends'; that is, on the very day on which the Kalends fall. Therefore, according to the meaning of the word itself, one who is ordered to give judgment 'within the Kalends,' unless he do so on the Kalends, acts contrary to the order contained in the phrase; for if he does so earlier, he renders a decision not 'within' but 'before the Kalends.' But somehow or other the utterly absurd interpretation has been generally adopted,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- dissima, ut 'intra Kalendas' significare videatur etiam 'citra Kalendas' vel 'ante Kalendas,' nihil enim
15 ferme interest. Atque insuper dubitatur an Kalendis quoque pronuntiari possit, quando neque ultra neque citra, set, quod inter haec medium est, 'intra
16 Kalendas,' id est Kalendis,¹ pronuntiandum sit. Sed nimirum consuetudo vicit, quae cum omnium domina rerum, tum maxime verborum est."
- 17 Ea omnia cum Apollinaris scite perquam atque enucleate disputavisset, tum ego haec dixi: "Cordi," inquam, "mihi fuit, priusquam ad te irem, quaerere explorareque quonam modo veteres nostri particula ista qua de agitur usi sint, atque ita invenimus Tullium in *Tertia in Verrem* scripsisse istoc modo: 'Locus intra oceanum iam nullus est, neque tam longincus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque
18 pervaserit.' 'Intra oceanum' dicit contra rationem tuam; non enim vult, opinor, dicere 'in oceano'; terras enim demonstrat omnis quae oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus adiri potest, quae sunt 'citra oceanum,' non 'in oceano'; neque enim videri potest insulas significare nescio quas, quae penitus esse intra aequora ipsa oceani dicuntur."
- 19 Tunc Sulpicius Apollinaris renidens: "Non me hercule inargute," inquit, "nec incallide opposuisti hoc Tullianum; sed Cicero 'intra oceanum,' non, ut
20 tu interpretare, 'citra oceanum' dixit. Quid enim potest dici 'citra oceanum' esse, cum undique

¹ id est Kalendis, *deleted by Hertz.*

that 'within the Kalends' evidently means also 'on this side of the Kalends' or 'before the Kalends'; for these are nearly the same thing. And, besides, it is doubted whether a decision may be rendered on the Kalends also, since it must be rendered neither beyond nor before that date, but 'within the Kalends,' a time which lies between these; that is to say, 'on the Kalends.' But no doubt usage has gained the victory, the mistress not only of all things, but particularly of language."

After this very learned and clear discussion of the subject by Apollinaris, I then spoke as follows: "It occurred to me," said I, "before coming to you, to inquire and investigate how our ancestors used the particle in question. Accordingly, I found that Tullius in his *Third Oration against Verres* wrote thus:¹ 'There is no place within the ocean (*intra oceanum*) either so distant or so hidden, that the licentiousness and injustice of our countrymen has not penetrated it.' He uses 'within the ocean' contrary to your reasoning; for he does not, I think, wish to say 'in the ocean,' but he indicates all the lands which are surrounded by the ocean and to which our countrymen have access; and these are 'this side the ocean,' not 'in the ocean.' For he cannot be supposed to mean some islands or other, which are spoken of as far within the waters of the ocean itself."

Then with a smile Sulpicius Apollinaris replied: "Keenly and cleverly, by Heaven! have you confronted me with this Ciceronian passage; but Cicero said 'within the ocean,' not, as you interpret it, 'this side ocean.' What pray can be said to be 'on this side of the ocean,' when the ocean surrounds and

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

oceanus circumscribat omnis terras et ambiat? Nam 'citra' quod est, id extra est; qui autem potest 'intra' esse dici, quod extra est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus foret, tum quae terra ad eam partem foret, 'citra oceanum' esse dici posset vel 'ante oceanum'; cum vero omnis terras omnifariam et undiqueversum circumfluat, nihil citra eum est, sed, undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio eius sunt omnia, quae intra oras eius inclusa sunt, sicuti hercle sol non citra caelum vertitur, sed in caelo et intra caelum."

Haec tunc Apollinaris scite acuteque dicere visus
21 est. Set postea in libro M. Tullii *Epistularum ad Servium Sulpicium* sic dictum esse invenimus "intra modum," ut "intra Kalendas" dicunt qui dicere
22 "citra Kalendas" volunt. Verba haec Ciceronis sunt, quae adposui: "Sed tamen, quoniam effugi eius offensionem,¹ qui fortasse arbitraretur me hanc rem publicam² non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et
23 illius voluntati et meis studis serviam." "Modice" dixerat "hoc faciam,"³ id est cum modo aequo et
24 pari; deinde, quasi hoc displiceret et corrigere id vellet, addit: "aut etiam intra modum," per quod ostendit minus sese id facturum esse quam quod fieri modice videretur; id est, non ad ipsum modum, sed retro paululum et citra modum.

¹ offensionem, *Cic*; occasionem, ω .

² rem publicam, *Cic*.; rem imperite, ω (impertire, *Q*).

³ faciam *omitted by* ω .

¹ The Greeks of early times regarded the ocean as a great river encircling the earth.

encircles all lands on every side?¹ For that which is 'on this side' of a thing, is outside of that thing; but how can that be said to be 'within' which is without? But if the ocean were only on one side of the world, then the land in that part might be said to be 'this side the ocean,' or 'before the ocean.' But since the ocean surrounds all lands completely and everywhere, nothing is on this side of it, but, all lands being walled in by the embrace of its waters, everything which is included within its shore is in its midst, just as in truth the sun moves, not on this side of the heavens, but within and in them."

At the time, what Sulpicius Apollinaris said seemed to be learned and acute. But later, in a volume of *Letters to Servius Sulpicius* by Marcus Tullius, I found "within moderation" (*intra modum*) used in the same sense that those give to "within the Kalends" who mean to say "this side of the Kalends." These are the words of Cicero, which I quote:² "But yet since I have avoided the displeasure of Caesar, who would perhaps think that I did not regard the present government as constitutional if I kept silence altogether, I shall do this³ moderately, or even less than moderately (*intra modum*), so as to consult both his wishes and my own desires." He first said "I shall do this moderately," that is, to a fair and temperate degree; then, as if this expression did not please him and he wished to correct it, he added "or even within moderation," thus indicating that he would do it to a less extent than might be considered moderate; that is, not up to the very limit, but somewhat short of, or "on this side of" the limit.

¹ *Ad Fam.* IV. 4. 4.

² *i. e.*, take part in politics.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 25 In oratione etiam, quam *Pro P. Sestio* scripsit, “intra montem Taurum” sic dicit, ut non significet “in monte Tauro,” sed “usque ad montem cum ipso
- 26 monte.” Verba sunt haec ipsius M. Tullii ex ea qua dixi oratione : “Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt ; Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is in ea regnaret,
- 27 condonarunt.” “Intra montem,” inquit, “Taurum regnare iusserunt,” quod non proinde est, ut “intra cubiculum” dicimus, nisi videri potest id esse “intra montem” quod est intra regiones quae Tauri
- 28 montis obiectu separantur. Nam sicuti qui “intra cubiculum” est, is non in cubiculi parietibus, sed intra parietes est quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt, ita, qui regnat “intra montem Taurum,” non solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam regionibus quae Tauro monte clauduntur.
- 29 Num igitur secundum istam verborum M. Tullii similitudinem, qui iubetur “intra Kalendas” pronuntiare, is et ante Kalendas et ipsis Kalendis iure pronuntiare potest ? Neque id fit quasi privilegio quodam incitae consuetudinis, sed certa rationis observatione, quoniam omne tempus, quod Kalendarum die includitur, “intra Kalendas” esse recte dicitur.

¹ § 58.

Also in the speech which he wrote *In Defence of Publius Sestius* Cicero says "within Mount Taurus" in such a way as to mean, not "on Mount Taurus," but "as far as the mountain and including the mountain itself." These are Cicero's own words in the speech which I have mentioned:¹ "Our forbears, having overcome Antiochus the Great after a mighty struggle on land and sea, ordered him to confine his realm 'within Mount Taurus.' Asia, which they had taken from him, they gave to Attalus, to be his kingdom." Cicero says. "They ordered him to confine his realm within Mount Taurus," which is not the same as when we say "within the room," unless "within the mountain" may appear to mean what is within the regions which are separated by the interposition of Mount Taurus.² For just as one who is "within a room" is not in the walls of the room, but is within the walls by which the room is enclosed, which walls themselves are yet equally in the room, just so one who rules "within Mount Taurus," not only rules on Mount Taurus but also in those regions which are bounded by Mount Taurus.

According therefore to the analogy of the words of Marcus Tullius may not one who is bidden to make a decision "within the Kalends" lawfully make it before the Kalends and on the Kalends themselves? And this results, not from a sort of privilege conceded to ignorant usage, but from an accurate regard for reason, since all time which is embraced by the day of the Kalends is correctly said to be "within the Kalends."

² This is the usage of the Greek geographers, such as Strabo, who uses ἔσω τοῦ ἰσθμοῦ and ἔσω τοῦ Ταύρου in the sense of "south of the isthmus" and "south of Taurus."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XIV

“Saltem” particula quam vim habeat et quam originem.

- 1 “SALTEM” particula quam haberet principem significationem, quaeque vocis istius origo esset, quaere-
- 2 bamus. Ita enim primitus factam esse apparet, ut non videatur, sicuti quaedam subplementa orationis,
- 3 temere et incondite adsumpta. Atque erat qui diceret legisse se in *Grammaticis Commentariis* P. Nigidii, “saltem” ex eo dictum quod esset “si aliter,” idque ipsum dici solitum per defectionem, nam plenam esse sententiam, “si aliter non potest.”
- 4 Sed id nos in isdem commentariis P. Nigidii, cum eos non, opinor, incuriose legissemus, nusquam invenimus.
- 5 Videntur autem verba ista “si aliter non potest” a significatione quidem voculae huius de qua quaerimus non abhorrere. Set tot verba tamen in paucissimas litteras cludere, improbae cuiusdam subtilitatis
- 6 est. Fuit etiam qui diceret, homo in libris atque in litteris adsiduus, “saltem” sibi dictum videri *u* littera media extrita; “salutem” enim ante dictum, quod nos “saltem” diceremus. “Nam cum alia quaedam petita et non impetrata sunt, tum solemus,” inquit, “quasi extremum aliquid petituri quod negari minime debeat, dicere ‘hoc saltem fieri aut dari oportere,’ tamquam salutem postremo petentes, quam impe-
- 7 trari certe et obtineri sit aequissimum.” Sed hoc

XIV

The meaning and origin of the particle *saltem*.

WE were inquiring what the original meaning of the particle *saltem* (at least) was, and what was the derivation of the word; for it seems to have been so formed from the first that it does not appear, like some aids to expression, to have been adopted inconsiderately and irregularly. And there was one man who said that he had read in the *Grammatical Notes* of Publius Nigidius¹ that *saltem* was derived from *si aliter*, and that this itself was an elliptical expression, since the complete sentence was *si aliter non potest*, "if otherwise, it cannot be." But I myself have nowhere come upon that statement in those *Notes* of Publius Nigidius, although I have read them, I think, with some care.

However, that phrase *si aliter non potest* does not seem at variance with the meaning of the word under discussion. But yet to condense so many words into a very few letters shows a kind of misplaced subtlety. There was also another man, devoted to books and letters, who said that *saltem* seemed to him to be formed by the syncope of a medial *u*, saying that what we call *saltem* was originally *salutem*. "For when some other things have been requested and refused, then," said he, "we are accustomed, as if about to make a final request which ought by no means to be denied, to say 'this at least (*saltem*) ought to be done or given,' as if at last seeking safety (*salutem*), which it is surely most just to grant and to obtain." But this also,

¹ p. 19, 66, Swoboda.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

itidem non inlepidè quidem fictum, nimis tamen esse videtur commenticium. Censuimus igitur amplius quaerendum.

XV

Quod Sisenna in libris *Historiarum* adverbis huiuscemodi saepenumero usus est: "celatim," "vellicatim," "saltuatim."

- 1 CUM lectitarem *Historiam* Sisennae adsidue, huiuscemodi figurae adverbia in oratione eius animadvertimus cuiusmodi sunt haec: "cursim," "properatim," "celatim," "vellicatim," "saltuatim."
- 2 Ex quibus duo prima, quia sunt notiora, exemplis non indigebant, reliqua in *Historiarum* sexto sic scripta sunt: "Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit." Item alio in loco: "Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus."

¹ *Saltem* or *saltim* is the accusative of a noun (cf. *partim*, etc.) derived by some from the root of *sal-vus* and *sal-us*; by others from that of *sal-vo*; Walde, *Lat. Etym. Wörterb. s.v.* accepts Warren's derivation from *si alitem* (formed from *item*), meaning "if otherwise."

though ingeniously contrived, seems too far-fetched. I thought therefore that further investigation was necessary.¹

XV

That Sisenna in his *Histories* has frequently used adverbs of the type of *celatim*, *vellicatim* and *saltuatim*.

WHILE diligently reading the *History* of Sisenna, I observed that he used adverbs of this form: *cursim* (rapidly), *properatim* (hastily), *celatim*, *vellicatim*, *saltuatim*. Of these the first two, since they are more common, do not require illustration. The rest are to be found in the sixth book of the *Histories* in these passages: "He arranged his men in ambush as secretly (*celatim*) as he could."² Also in another place:³ "I have written of the events of one summer in Asia and Greece in a consecutive form, that I might not by writing piecemeal or in disconnected fashion (*vellicatim aut saltuatim*) confuse the minds of my readers."⁴

² Fr. 126, Peter².

³ Fr. 127, Peter²

⁴ These adverbs too are accusatives; see note 1 on chapter XIV.

BOOK XIII

LIBER TERTIUS DECIMUS

I

Inquisitio verborum istorum M. Tulli curiosior quae sunt ¹ in primo *Antonianarum* libro, “multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum”; tractatumque an idem duo ista significant, “fatum” atque “natura,” an diversum.

- 1 MARCUS CICERO in primo *Antonianarum* ita scriptum reliquit: “Hunc igitur ut sequerer properavi quem praesentes non sunt secuti; non ut proficerem aliquid, neque enim sperabam id nec praestare poteram, sed ut, si quid mihi humanitus accidisset, multa autem impendere videntur praeter naturam etiam ² praeterque fatum, huius diei vocem testem reipublicae relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis.” “Praeter naturam,” inquit, “praeterque fatum.” An utrumque idem valere voluerit “fatum” atque “naturam” et duas res καθ’ ἐνός ὑποκειμένου posuerit, an vero diviserit separaritque, ut alios casus natura ferre videatur, alios fatum, considerandum equidem puto, atque id maxime requirendum, qua ratione dixerit accidere multa humanitus posse praeter fatum, quando sic ratio et ordo et insuperabilis quaedam necessitas fati

¹ sunt, *Damsté*; fuit, *ω*.

² *Many MSS. of Cic. omit etiam.*

¹ *Phil.* i. 10.

² This is the recognized figure of speech known as hendiadys.

BOOK XIII

I

A somewhat careful inquiry into these words of Marcus Tullius in his first *Oration against Antony*. "But many things seem to threaten contrary even to nature and to fate"; and a discussion of the question whether the words "fate" and "nature" mean the same thing or something different.

MARCUS CICERO, in his first *Oration against Antony*,¹ has left us these words: "I hastened then to follow him whom those present did not follow; not that I might be of any service, for I had no hope of that nor could I promise it, but in order that if anything to which human nature is liable should happen to me (and many things seem to threaten contrary even to nature and contrary to fate) I might leave what I have said to-day as a witness to my country of my constant devotion to its interests." Cicero says "contrary to nature and contrary to fate." Whether he intended both words, "fate" and "nature," to have the same meaning and has used two words to designate one thing,² or whether he so divided and separated them that nature seems to bring some casualties and fate others, I think ought to be investigated; and this question ought especially to be asked—how it is that he has said that many things to which humanity is liable can happen contrary to fate, when the plan and order and a kind of unconquerable necessity of fate are so ordained that

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint, nisi illud sane Homeri secutus est:

Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄιδος εἰσαφίκηαι.

- 3 Nihil autem dubium est quin violentam et inopinatam mortem significaverit, quae quidem potest recte videri accidere praeter naturam.
- 4 Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posuerit, neque operis huius est explorare neque
- 5 temporis. Illud tamen non praetermittendum est, quod Vergilius quoque id ipsum quod Cicero de fato opinatus est, cum hoc in quarto libro dixit de Elissa, quae mortem per vim potita est:

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,

- tamquam in faciendo fine vitae quae violenta sunt
- 6 non videantur e fato venire. Demosthenis autem, viri prudentia pari atque facundia praediti, verba idem fere significantia de natura atque fato M. Cicero secutus videtur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est Ὑπὲρ Στεφάνου: Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι, τὸν τῆς εἰμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει· ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιθεῖν δουλεύουσαν
- 7 ἀποθνήσκειν βουλεύσεται. Quod Cicero "fatum" atque "naturam" videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπρωμένην et τὸν αὐτόματον θάνατον
- 8 appellavit. Αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit.

¹ *Iliad*, xx. 336.

² *Aen.* iv. 696.

³ 205, p. 296.

all things must be included within the decrees of fate; unless perhaps he has followed Homer's saying :

Lest, spite of fate, you enter Hades' home.¹

But there is no doubt that Cicero referred to a violent and sudden death, which may properly seem to happen contrary to nature.

But why he has put just that kind of death outside the decrees of fate it is not the part of this work to investigate, nor is this the time. The point, however, must not be passed by, that Virgil too had that same opinion about fate which Cicero had, when in his fourth book he said of Elissa, who inflicted a violent death upon herself :²

For since she perished not by fate's decree,
Nor earned her death ;

just as if, in making an end of life, those deaths which are violent do not seem to come by fate's decree. Cicero, however, seems to have followed the words of Demosthenes, a man gifted with equal wisdom and eloquence, which express about the same idea concerning nature and fate. For Demosthenes in that splendid oration entitled *On the Crown* wrote as follows³ : " He who thinks that he was born only for his parents, awaits the death appointed by fate, the natural death ; but he who thinks that he was born also for his country, will be ready to die that he may not see his country enslaved." What Cicero seems to have called " fate " and " nature," Demosthenes long before termed " fate " and " the natural death." For " a natural death " is one which comes in the course of fate and nature, as it were, and is caused by no force from without.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

II

Super poetarum Pacuvii et Accii conloquio familiari in oppido Tarentino.

- 1 QUIBUS otium et studium fuit vitas atque aetates
doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere,
de M. Pacuvio et L. Accio tragicis poetis historiam
scripserunt huiusmodi: "Cum Pacuvius," inquit,
"grandi iam aetate et morbo corporis diutino
adfectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset,
Accius tunc, haut parvo iunior, proficiscens in
Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad Pacu-
vium comiterque invitatus plusculisque ab eo diebus
retentus, tragoediam suam cui Atreus nomen est desi-
3 deranti legit." Tum Pacuvium dixisse aiunt sonora
quidem esse quae scripsisset et grandia, sed videri
4 tamen ea sibi duriora paulum et acerbiora. "Ita
est," inquit Accius, "uti dicis, neque id me sane
paenitet; meliora enim fore spero, quae demceps
5 scribam. Nam quod in pomis, itidem," inquit, "esse
aiunt in ingenis; quae dura et acerba nascuntur,
post fiunt mitia et iucunda; sed quae gignuntur
statim vieta et mollia atque in principio sunt uvida,
6 non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum
igitur visum est in ingenio quod dies atque aetas
mitificet."

II

About an intimate talk of the poets Pacuvius and Accius in the town of Tarentum.

THOSE who have had leisure and inclination to inquire into the life and times of learned men and hand them down to memory, have related the following anecdote of the tragic poets Marcus Pacuvius and Lucius Accius: "Pacuvius," they say, "when already enfeebled by advanced age and constant bodily illness, had withdrawn from Rome to Tarentum. Then Accius, who was a much younger man, coming to Tarentum on his way to Asia, visited Pacuvius, and being hospitably received and detained by him for several days, at his request read him his tragedy entitled *Atreus*." Then they say that Pacuvius remarked that what he had written seemed sonorous and full of dignity, but that nevertheless it appeared to him somewhat harsh and rugged. "What you say is true," replied Accius, "and I do not greatly regret it; for it gives me hope that what I write hereafter will be better. For they say it is with the mind as it is with fruits; those which are at first harsh and bitter, later become mild and sweet; but those which at once grow mellow and soft, and are juicy in the beginning, presently become, not ripe, but decayed. Accordingly, it has seemed to me that something should be left in the products of the intellect for time and age to mellow."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

III

An vocabula haec, "necessitudo" et "necessitas," differenti significatione sint.

- 1 Risu prorsus atque ludo res digna est, cum plerique grammaticorum adseverant, "necessitudinem" et "necessitatem" mutare differreque, ideo quod "necessitas" sit vis quaequam premens et cogens, "necessitudo" autem dicatur ius quoddam et vinculum religiosae coniunctionis, idque unum solitarium
- 2 significet. Sicut autem nihil quicquam interest, "suavitus" dicas an "suavitas," "sanctitus" an "sanctitas," "acerbitudo" an "acerbitas," "acritudo" an, quod Accius in *Neoptolemo* scripsit, "acritas," ita nihil rationis dici potest qui "necessitudo" et "necessitas" separentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias, "necessitudinem"
- 4 dici pro eo quod necessum est. Sed "necessitas" sane pro iure officioque observantiae adfinitatis infrequens est, quamquam qui ob hoc ipsum ius adfinitatis familiaritatisque coniuncti sunt "necessarii" dicuntur. Repperi tamen in oratione C. Caesaris, *Qua Plautiam Rogationem Suasit*, "necessitatem" dictam pro "necessitudine," id est iure adfinitatis. Verba haec sunt: "Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria defuisse."
- 6 Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia,

III

Whether the words *necessitudo* and *necessitas* differ from each other in meaning

IT is a circumstance decidedly calling for laughter and ridicule, when many grammarians assert that *necessitudo* and *necessitas* are unlike and different, in that *necessitas* is an urgent and compelling force, but *necessitudo* is a certain right and binding claim of consecrated intimacy, and that this is its only meaning. But just as it makes no difference at all whether you say *suavitudo* or *suavitas* (sweetness), *acerbitudo* or *acerbitas* (bitterness), *acritudo* or *acritas* (sharpness), as Accius wrote in his *Neoptolemus*,¹ in the same way no reason can be assigned for separating *necessitudo* and *necessitas*. Accordingly, in the books of the early writers you may often find *necessitudo* used of that which is necessary, but *necessitas* certainly is seldom applied to the law and duty of respect and relationship, in spite of the fact that those who are united by that very law and duty of relationship and intimacy are called *necessarii* (kinsfolk). However, in a speech of Gaius Caesar,² *In Support of the Plautian Law*, I found *necessitas* used for *necessitudo*, that is for the bond of relationship. His words are as follows:³ "To me indeed it seems that, as our kinship (*necessitas*) demanded, I have failed neither in labour, in pains, nor in industry."

I have written this with regard to the lack of dis-

¹ 467, Ribbeck³.

² *i.e.* Gaius Iulius Caesar.

³ *ii.*, p. 121, Dinter; *O. R. F.*², p. 412

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

admonitus forte verbi istius, cum legerem Sempronii Asellionis, veteris scriptoris, quartum ex *Historia* librum, in quo de P. Africano, Pauli filio, ita scriptum est: "Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium Paulum, nimis¹ bonum imperatorem signis conlatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa occasio data esset."

IV

Descripta Alexandri ad matrem Olympiadem epistula; et quid Olympias festive ei rescripserit²

- 1 In plerisque monumentis rerum ab Alexandro gestarum, et paulo ante in libro M. Varronis qui inscriptus est *Orestes vel De Insania*, Olympiadem, Philippi uxorem, festivissime rescripsisse legimus
- 2 Alexandro filio. Nam cum is ad matrem ita scripsisset: "Rex Alexander, Iovis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit," Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: "Amabo," inquit, "mi filii, quiescas neque deferas me neque criminere adversum Iunonem; malum mihi prorsus illa magnum dabit, cum tu me litteris tuis paelicem esse illi
- 3 confiteris." Ea mulieris scitae atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim et comiter admonuisse eum visa est deponendam esse opinionem vanam quam ille ingentibus victoriis et adulantium blandimentis et rebus supra fidem prosperis inbiberat, genitum esse sese de Iove.

¹ minime, *Hosvius*, omitting non; he regards L. Aemilius Paulus as a gloss.

² ad matrem . . . rescripserit, supplied by Hertz.

inction between these two words as the result of reading the fourth book of the *History* of Sempronius Asellio, an early writer, in which he wrote as follows about Publius Africanus, the son of Paulus:¹ "For he had heard his father, Lucius Aemilius Paulus, say that a really able general never engaged in a pitched battle, unless the utmost necessity (*necessitudo*) demanded, or the most favourable opportunity offered."

IV

Copy of a letter of Alexander to his mother Olympias, and Olympias' witty reply.

IN many of the records of Alexander's deeds, and not long ago in the book of Marcus Varro entitled *Orestes or On Madness*, I have read² that Olympias, the wife of Philip, wrote a very witty reply to her son Alexander. For he had addressed his mother as follows: "King Alexander, son of Jupiter Hammon, greets his mother Olympias." Olympias replied to this effect: "Pray, my son," said she, "be silent, and do not slander me or accuse me before Juno; undoubtedly she will take cruel vengeance on me, if you admit in your letters that I am her husband's paramour." This courteous reply of a wise and prudent woman to her arrogant son seemed to warn him in a mild and polite fashion to give up the foolish idea which he had formed from his great victories, from the flattery of his courtiers, and from his incredible success—that he was the son of Jupiter.

¹ Fr. 5, Peter.

² p. 255, Riese.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

V

De Aristotele et Theophrasto et Eudemo philosophis ; deque
elegantī verecundiā Aristotelis successorem diatribae suae
eligentis.

- 1 ARISTOTELES philosophus, annos iam fere natus duo
et sexaginta, corpore aegro adfectoque ac spe vitae
- 2 tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorum cohors ad
eum accedit, orantes obsecrantesque ut ipse deligeret
loci sui et magisterii successorem, quo post summum
eius diem proinde ut ipso uterentur ad studia
doctrinarum complenda excolendaque quibus ab eo
- 3 inbuti fuissent. Erant tunc in eius ludo boni multi,
sed praecipui duo, Theophrastus et Eudemus In-
genio hi atque doctrinis ceteros praestabant; alter
- 4 ex insula Lesbo fuit, Eudemus autem Rodo. Ari-
stoteles respondit facturum esse quod vellent, cum
id sibi foret tempestivum.
- 5 Postea brevi tempore, cum idem illi qui de ma-
gistro destinando petierant praesentes essent, vinum
ait quod tum biberet non esse id ex validudine
sua, sed insalubre esse atque asperum ac propterea
quaeri debere exoticum, vel Rodium aliquod vel
- 6 Lesbium. Id sibi utrumque ut curarent petivit,
7 usurumque eo dixit quod sese magis iuvisset. Eunt,
8 quaerunt, inveniunt, adferunt. Tum Aristoteles
Rodium petit, degustat: "Firmum," inquit, "hercle
- 9 vinum et iucundum." Petit mox Lesbium. Quo
item degustato: "Utrumque," inquit, "oppido
- 10 bonum, sed ἡδίωv ὁ Λέσβιος." Id ubi dixit, nemini
fuit dubium quin lepide simul et verecunde succes-

V

On the philosophers Aristotle, Theophrastus and Eudemus; and of the graceful tact of Aristotle in selecting a successor as head of his school.

THOSE who have spoken Latin and have used the language correctly do not give to the word *humanitas* the meaning which it is commonly thought to have, namely, what the Greeks call φιλανθρωπία, signifying a kind of friendly spirit and good-feeling towards all men without distinction; but they gave to *humanitas* about the force of the Greek παιδεία; that is, what we call *eruditionem institutionemque in bonas artes*, or “education and training in the liberal arts.” Those who earnestly desire and seek after these are most highly humanized. For the pursuit of that kind of knowledge, and the training given by it, have been granted to man alone of all the animals, and for that reason it is termed *humanitas*, or “humanity.”

That it is in this sense that our earlier writers have used the word, and in particular Marcus Varro and Marcus Tullius,¹ almost all the literature shows. Therefore I have thought it sufficient for the present to give one single example. I have accordingly quoted the words of Varro from the first book of his *Human Antiquities*, beginning as follows:² “Praxiteles, who, because of his surpassing art, is unknown to no one of any liberal culture (*humaniori*).” He does not use *humanior* in its usual sense of

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

dicitur, "facili et tractabili et benivolo," tametsi rudis litterarum sit, hoc enim cum sententia nequaquam convenit, sed "eruditiori doctiorique," qui Praxitelem, quid fuerit, et ex libris ¹ et ex historia cognoverit.

XVIII

Quid aput M^o Catonem significant verba haec "inter os atque offam."

- 1 ORATIO est M. Catonis Censorii *De Aedilibus Vitis Creatis*. Ex ea oratione verba haec sunt: "Nunc ita aiunt, in segetibus, in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audi vi inter os atque offam multa intervenire posse; verumvero inter offam atque herbam, ibi vero longum 2 intervallum est." Erucius Clarus, qui praefectus urbi et bis consul fuit, vir morum et litterarum veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriae nostrae doctissimum, quaerere sese et petere, uti sibi rescriberet quanam 3 esset eorum verborum sententia. Tum Apollinaris, nobis praesentibus, nam id temporis ego adulescens Romae sectabar eum discendi gratia, rescripsit Clai ut viro erudito brevissime, vetus esse proverbium ² "inter os et offam," idem significans quod Graecus ille παροιμιώδης versus:

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χεῖλεος ἄκρου.

¹ litteris, *Eussner*; hiis libris, *Z.*

² proverbium omitted by *Q.*, perhaps rightly.

“good-natured, amiable, and kindly,” although without knowledge of letters, for this meaning does not at all suit his thought; but in that of a man of “some cultivation and education,” who knew about Praxiteles both from books and from story.

XVIII

The meaning of Marcus Cato's phrase “betwixt mouth and morsel.”

THERE is a speech by Marcus Cato Censorius *On the Improper Election of Aediles*. In that oration is this passage:¹ “Nowadays they say that the standing-grain, still in the blade, is a good harvest. Do not count too much upon it. I have often heard that many things may come *inter os atque offam*, or ‘between the mouth and the morsel’; but there certainly is a long distance between a morsel and the blade.” Erucius Clarus, who was prefect of the city and twice consul, a man deeply interested in the customs and literature of early days, wrote to Sulpicius Apollinaris, the most learned man within my memory, begging and entreating that he would write him the meaning of those words. Then, in my presence, for at that time I was a young man in Rome and was in attendance upon him for purposes of instruction, Apollinaris replied to Clarus very briefly, as was natural when writing to a man of learning, that “between mouth and morsel” was an old proverb, meaning the same as the poetic Greek adage :

’Twixt cup and lip there’s many a slip.

¹ lxxv. 1, Jordan.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XIX

Platonem tribuere Euripidi Sophocli versum; et similia quaedam alia.¹

- 1 VERSUS est notae vetustatis senarius :

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξηνουσία.

- 2 Eum versum Plato in *Theaeteto* Euripidi esse dicit. Quod quidem nos admodum miramur; nam scriptum eum legimus in tragoedia Sophocli quae inscripta est *Αἴας Λοκρός*, prior autem natus fuit Sophocles quam Euripides.

- 3 Sed etiam ille versus non minus notus :

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ,

et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus est *Φθιώτιδες*, et in *Bacchis* Euripidi.

- 4 Id quoque animadvertimus, aput Aeschylum ἐν τῷ *Πυρφόρῳ Προμηθεῖ* et aput Euripidem in tragoedia quae inscripta est *Ἴνώ*, eundem esse versum absque paucis syllabis. Aeschylus sic :

Σιγῶν θ' ὄπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια,

Euripides ita :

Σιγᾶν θ' ὄπου δεῖ καὶ λέγειν ἴν' ἀσφαλές

Fuit autem Aeschylus non brevi antiquior.

¹ Lemma omitted by ω.

¹ Really *Theages* 6, p 125 B.

² Fr. 13, Nauck².

³ Id. 633.

⁴ 193.

⁵ Fr. 208, Nauck² (*Coeph.* 576).

⁶ Id. 413.

⁷ According to tradition Euripides was born on the day of the battle of Salamis (480 B.C.), Aeschylus took part in the

XIX

That Plato attributes a line of Sophocles to Euripides ; and some other matters of the same kind

THERE is an iambic trimeter verse of notorious antiquity :

By converse with the wise wax tyrants wise.

This verse Plato in his *Theaetetus*¹ attributes to Euripides. I am very much surprised at this ; for I have met it in the tragedy of Sophocles entitled *Ajax the Locrian*,² and Sophocles was born before Euripides.

But the following line is equally well known :

I who am old shall lead you, also old.

And this is found both in a tragedy of Sophocles, of which the title is *Phthiotides*,³ and in the *Bacchae* of Euripides.⁴

I have further observed that in the *Fire-bringing Prometheus* of Aeschylus and in the tragedy of Euripides entitled *Ino* an identical verse occurs, except for a few syllables. In Aeschylus it runs thus :⁵

When proper, keeping silent, and saying what is fit.

In Euripides thus :⁶

When proper, keeping silent, speaking when 'tis safe.

But Aeschylus was considerably the earlier writer.⁷

fight, and Sophocles, then about sixteen years old, figured in the celebration of the victory. Christ, *Græch. Lit.*, assigns Euripides' birth to 484.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XX

De genere atque nominibus familiae Porciae.

- 1 CUM in domus Tiberianae bibliotheca sederemus ego et Apollinaris Sulpicius et quidam alii mihi aut illi familiares, prolatus forte liber est ita inscriptus :
- 2 M. Catonis Nepotis. Tum quaeri coeptum est
- 3 quisnam is fuisset M. Cato Nepos. Atque ibi adulescens quispiam, quod ex eius sermonibus coniectare potui, non abhorrens a litteris, "Hic," inquit, "est M. Cato, non cognomento Nepos, sed M. Catonis Censorii ex filio nepos, qui pater fuit M. Catonis, praetorii viri, qui bello civili Uticae necem sibi gladio manu sua conscivit, de cuius vita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur *Laus Catonis*, quem in eodem libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit
- 4 M. Catonis Censorii. Eius igitur quem Cicero laudavit pater hic fuit M. Cato, cuius orationes feruntur inscriptae M. Catonis Nepotis."
- 5 Tum Apollinaris, ut mos eius in reprehendendo fuit, placide admodum leniterque : "Laudo," inquit, "te, mi fili, quod in tantula aetate, etiamsi hunc M. Catonem, de quo nunc quaeritur, quis fuerit ignoras, auditiuncula tamen quadam de Catonis familia
- 6 aspersus es. Non unus autem, sed complures M. illius Catonis Censorii nepotes fuerunt, geniti non
- 7 eodem patre ; duos enim M. ille Cato, qui et orator

¹ Fr. 1, p 987, Orelli².

XX

Of the lineage and names of the Porcian family.

WHEN Sulpicius Apollinaris and I, with some others who were friends of his or mine, were sitting in the library of the Palace of Tiberius, it chanced that a book was brought to us bearing the name of Marcus Cato Nepos. We at once began to inquire who this Marcus Cato Nepos was. And thereupon a young man, not unacquainted with letters, so far as I could judge from his language, said: "This Marcus Cato is called Nepos, not as a surname, but because he was the grandson of Marcus Cato Censorius through his son, and father of Marcus Cato the ex-praetor, who slew himself with his own sword at Utica during the civil war. There is a book of Marcus Cicero's about the life of the last-named, entitled *Laus Catonis*, or *A Eulogy of Cato*, in which Cicero says¹ that he was the great-grandson of Marcus Cato Censorius. Therefore the father of the man whom Cicero eulogized was this Marcus Cato, whose orations are circulated under the name of Marcus Cato Nepos."

Then Apollinaris, very quietly and mildly, as was his custom when passing criticism, said: "I congratulate you, my son, that at your age you have been able to favour us with a little lecture on the family of Cato, even though you do not know who this Marcus Cato was, about whom we are now inquiring. For the famous Marcus Cato Censorius had not one, but several grandsons, although not all were sprung from the same father. For the famous Marcus Cato, who was both an orator and

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

et censor fuit, filios habuit, et matribus diversos et
8 aetatibus longe dispares. Nam iam adulescente
altero, matre eius amissa, ipse quoque iam multum
senex, Saloni clientis sui filiam virginem duxit in
matrimonium, ex qua natus est ei M. Cato Salo-
nianus; hoc enim illi cognomentum fuit a Salonio,
9 patre matris, datum. Ex maiore autem Catonis filio,
qui praetor designatus patre vivo mortuus est, et
egregios *De Iuris Disciplina* libros reliquit, nascitur
hic de quo quaeritur, M. Cato, M. filius, M. nepos.
10 Is satis vehemens orator fuit multasque orationes ad
exemplum avi scriptas reliquit et consul cum Q.
Marcio Rege fuit, inque eo consulatu in Africam
11 profectus, in ea provincia mortem obit. Sed is
non, ita ut dixisti, M. Catonis, praetorii viri, qui se
Uticae occidit et quem Cicero laudavit, pater fuit;
nec, quia hic nepos Catonis Censorii, ille autem
pronepos fuit, propterea necessum est patrem hunc
12 ei fuisse. Hic enim nepos, cuius haec modo prolata
oratio est, filium quidem M. Catonem habuit; sed
non eum qui Uticae periit, sed qui, cum aedilis
curulis et praetor fuisset, in Galliam Narbonensem
13 profectus, ibi vita functus est. Ex altero autem illo
Censorii filio, longe natu minore, quem Salonianum
esse appellatum dixi, duo nati sunt L. Cato et M.
14 Cato. Is M. Cato tribunus plebis fuit et praeturam
petens mortem obiit ex eoque natus est M. Cato
praetorius, qui se bello civili Uticae interemit, de

a censor, had two sons, born of different mothers and of very different ages; since, when one of them was a young man, his mother died and his father, who was already well on in years, married the maiden daughter of his client Salonius, from whom was born to him Marcus Cato Salonianus, a surname which he derived from Salonius, his mother's father. But from Cato's elder son, who died when praetor-elect, while his father was still living, and left some admirable works on *The Science of Law*, there was born the man about whom we are inquiring, Marcus Cato, son of Marcus, and grandson of Marcus. He was an orator of some power and left many speeches written in the manner of his grandfather; he was consul with Quintus Marcius Rex, and during his consulship went to Africa and died in that province. But he was not, as you said he was, the father of Marcus Cato the ex-praetor, who killed himself at Utica and whom Cicero eulogized; nor because he was the grandson of Cato the censor and Cato of Utica was the censor's great-grandson does it necessarily follow that the former was the father of the latter. For this grandson whose speech was just brought to us did, it is true, have a son called Marcus Cato, but he was not the Cato who died at Utica, but the one who, after being curule aedile and praetor, went to Gallia Narbonensis and there ended his life. But by that other son of Censorius, a far younger man, who, as I said, was surnamed Salonianus, two sons were begotten: Lucius and Marcus Cato. That Marcus Cato was tribune of the commons and died when a candidate for the praetorship; he begot Marcus Cato the ex-praetor, who committed suicide at Utica during the civil war, and when Marcus

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- cuius vita laudibusque cum M. Tullius scriberet, pronepotem eum Catonis Censorii dixit fuisse.
- 15 Videtis igitur hanc partem familiae, quae ex minore Catonis filio progenita est, non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre; nam quia ille Salomanus in extrema patris aetate, sicuti dixi, natus fuit, prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt quam qui a maiore fratre
- 16 eius genti erant. Hanc temporum differentiam facile animadvertetis ex hac ipsa oratione, cum eam legetis ”
- 17 Haec Sulpicius Apollinaris audientibus nobis dixit. Quae postea ita esse, uti dixerat, cognovimus, cum et *Laudationes Funebres* et *Librum Commentarium De Familia Porcia* legeremus.

XXI

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus vocum atque verborum iucundioris, quae a Graecis *εὐφωνία* dicitur, quam regulae disciplinaeque quae a grammaticis reperta est.

- 1 INTERROGATUS EST Probus Valerius, quod ex familiari eius quodam conperi, “hasne urbis” an “has urbes” et “hanc turrem” an “hanc turrim” dici oporteret. “Si aut versum,” inquit, “pangis aut orationem solutam struis atque ea tibi verba dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga quo quid loco conveniat dicere; quod illa
- 2 suaserit, id profecto erit rectissimum.” Tum is qui quaesierat, “Quonam modo,” inquit, “vis aurem
- 3 meam interrogem?” Et Probum ait respondisse: “Quo suam Vergilius percontatus est, qui diversis in

Tullius wrote the latter's life and panegyric he said that he was the great-grandson of Cato the censor. You see therefore that the branch of the family which is descended from Cato's younger son differs not only in its pedigree, but in its dates as well; for because that Salonianus was born near the end of his father's life, as I said, his descendants also were considerably later than those of his elder brother. This difference in dates you will readily perceive from that speech itself, when you read it."

Thus spoke Sulpicius Apollinaris in my hearing. Later we found that what he had said was so, when we read the *Funerat Eulogies* and the *Genealogy of the Porcian Family*.

XXI

That the most elegant writers pay more attention to the pleasing sound of words and phrases (what the Greeks call *εὐφωμία*, or "euphony") than to the rules and precepts devised by the grammarians.

VALERIUS PROBUS was once asked, as I learned from one of his friends, whether one ought to say *has urbis* or *has urbes* and *hanc turrem* or *hanc turrim*. "If," he replied, "you are either composing verse or writing prose and have to use those words, pay no attention to the musty, fusty rules of the grammarians, but consult your own ear as to what is to be said in any given place. What it favours will surely be the best." Then the one who had asked the question said: "What do you mean by 'consult my ear'?" and he told me that Probus answered: "Just as Vergil did his, when in different passages

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

locis 'urbis' et 'urbes' dixit arbitrio consilioque
4 usus auris. Nam in primo *Georgicon*, quem ego,"
inquit, "librum manu ipsius correctum legi, 'urbis,'
per i litteram scripsit. Verba e versibus eius haec
sunt:

urbisne invisere, Caesar,
Terrarumque velis curam

Verte enim et muta, ut 'urbes' dicas, insubidius
5 nescio quid facies et pinguius. Contra in tertio
Aeneidis 'urbes' dixit per e litteram:

Centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut 'urbis' dicas, nimis exilis vox erit
et exanguis, tanta quippe iuncturae differentia est in
6 consonantia vocum proximarum. Praeterea idem
Vergilius 'turrim' dixit, non 'turrem,' et 'securim,'
non 'securem':

Turrim in praecipiti stantem
et:

incertam excussit cervice securim

Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis quam si
7 suo utrumque loco per e litteram dicas" At ille qui
interrogaverat, rudis profecto et aure agresti homo,
"Cur," inquit, "aliud alio in loco potius rectiusque
8 esse dicas, non sane intellego." Tum Probus iam
commotior, "Noli," inquit, "igitur laborare, utrum
istorum debeas dicere, 'urbis' an 'urbes.' Nam

¹ *Georg.* i. 25.

³ *Aen.* ii. 460.

² *Aen.* iii. 106.

⁴ *Aen.* ii. 224.

he has used *urbis* and *urbes*, following the taste and judgment of his ear. For in the first *Georgic*, which," said he, "I have read in a copy corrected by the poet's own hand, he wrote *urbis* with an *i*. These are the words of the verses :¹

O'er cities (*urbis*) if you choose to watch, and rule
Our lands, O Caesar great.

But turn and change it so as to read *urbes*, and somehow you will make it duller and heavier. On the other hand, in the third *Aeneid* he wrote *urbes* with an *e* :²

An hundred mighty cities (*urbes*) they inhabit.

Change this too so as to read *urbis* and the word will be too slender and colourless, so great indeed is the different effect of combination in the harmony of neighbouring sounds. Moreover, Vergil also said *turrim*, not *turtem*, and *securim*, not *securem*.

A turret (*turrim*) on sheer edge standing,³
and

Has shaken from his neck the ill-aimed axe
(*securim*).⁴

These words have, I think, a more agreeable lightness than if you should use the form in *e* in both places." But the one who had asked the question, a boorish fellow surely and with untrained ear, said : "I don't just understand why you say that one form is better and more correct in one place and the other in the other." Then Probus, now somewhat impatient, retorted : "Don't trouble then to inquire whether you ought to say *urbis* or *urbes*. For since

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

cum id genus sis quod video, ut sine iactura tua pecces, nihil perdes, utrum dixeris.”

- 9 His tum verbis Probus et hac fini hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles, prope inclementer.
- 10 Nos autem aliud quoque postea consimiliter a Vergilio duplici modo scriptum invenimus. Nam et tres et tris posuit eodem in loco ea iudicii subtilitate, ut si aliter dixeris mutaverisque et aliquid tamen auris
- 11 habeas, sentias suavitatem sonitus claudere. Versus ex decimo hi sunt :

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema
Et tris quos Idas pater et patria Ismara mittit.

- Tres illic, tris hic ; pensicula utrumque modulareque,
- 12 reperies suo quidque in loco sonare aptissime. Sed in illo quoque itidem Vergilii versu :

Haec finis Priami fatorum,

si mutes “haec” et “hic finis” dicas, durum atque absonum erit respicientque aures quod mutaveris. Sicut illud contra eiusdem Vergilii insuaviter facias, si mutes :

quem das finem, rex magne, laborum ?

Nam si ita dicas : “quam das finem,” iniucundum nescio quo pacto et laxiorem vocis sonum feceris.

¹ *Aen.* x. 350.

² *Aen.* ii. 554.

³ *Aen.* i. 241.

you are the kind of man that I see you are and err without detriment to yourself, you will lose nothing whichever you say."

With these words then and this conclusion Probus dismissed the man, somewhat rudely, as was his way with stupid folk. But I afterwards found another similar instance of double spelling by Vergil. For he has used *tres* and *tris* in the same passage with such fineness of taste, that if you should read differently and change one for the other, and have any ear at all, you would perceive that the sweetness of the sound is spoiled. These are the lines, from the tenth book of the *Aeneid*¹:

Three (*tres*) Thracians too from Boreas' distant
race,
And three (*tris*) whom Idas sent from Ismarus'
land.

In one place he has *tres*, in the other *tris*; weigh and ponder both, and you will find that each sounds most suitable in its own place. But also in this line of Vergil,²

This end (*haec finis*) to Priam's fortunes then,
if you change *haec* and say *huc finis*, it will be hard and unrhythmical and your ears will shrink from the change. Just as, on the contrary, you would make the following verse of Vergil less sweet, if you were to change it:³

What end (*quem finem*) of labours, great king, dost
thou grant?

For if you should say *quam das finem*, you would somehow make the sound of the words harsh and somewhat weak.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 13 Ennius item rectos cupressos dixit contra receptum vocabuli genus hoc versu :

Cautibus¹ nutantis pinos rectosque cupressos.

- Firmior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus
- 14 est, "rectos" dicere "cupressos" quam "rectas." Contra vero idem Ennius in *Annali* duodevicesimo "aere fulva" dixit, non "fulvo," non ob id solum, quod Homerus ἤερα βαθειᾶν dicit, sed quod hic sonus, opinor, vocabilior visus et amoenior.
- 15 Sicuti Marco etiam Ciceroni mollius teretiusque visum, in *Quinta in Verrem* "fretu" scribere quam "freto": "Perangusto," inquit, "fretu divisa." Erat enim crassius iam vetustiusque, "perangusto
- 16 fretu" dicere. Itidem in *Secunda*, simili usus modulamine, "manifesto peccatu," inquit, non "peccato"; hoc enim scriptum in uno atque in altero antiquissimae fidei libro Tironiano repperi. Verba sunt Ciceronis haec: "Nemo ita vivebat ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur ut cum inpudens fuisset in facto, tum inpudentior videretur, si negaret."
- 17 Huius autem vocis cum elegantior hoc in loco
- 18 sonus est, tum ratio certa et probata est. "Hic" enim "peccatus," quasi "peccatio," recte Latineque dicitur, sicut "hic incestus," non qui admisit, sed quod admissum est, et "hic tributus," quod "tributum"

¹ cautibus, *Stowasser*: capitibus, ω; vertice, *Onions*; capitibus, *Dansted* (cf. *Lucr.* i. 87).

¹ *Ann.* 490, Vahlen ² Ennius also has *longi cupressi* in *Ann.* 262.

² *Ann.* 454, Vahlen², cf. ii. 26. 4.

³ *Iliad* xx. 446, xxi. 6.

Ennius too spoke of *rectos cupressos*, or "straight cypresses," contrary to the accepted gender of that word, in the following verse :

On cliffs the nodding pine and cypress straight.¹

The sound of the word, I think, seemed to him stronger and more vigorous, if he said *rectos cupressos* rather than *rectas*. But, on the other hand, this same Ennius in the eighteenth book of his *Annals*² said *aere fulva* instead of *fulvo*, not merely because Homer said ἤερα βαβεία,³ but because this sound, I think, seemed more sonorous and agreeable.

In the same way Marcus Cicero also thought it smoother and more polished to write, in his fifth *Oration against Verres*,⁴ *fretu* rather than *freto*. He says "divided by a narrow strait (*fretu*)"; for it would have been heavier and more archaic to say *perangusto fretu*. Also in his second *Oration against Verres*, making use of a like rhythm, he said⁵ "by an evident sin," using *peccatu* instead of *peccato*; for I find this written in one or two of Tiro's copies, of very trustworthy antiquity. These are Cicero's words: "No one lived in such a way that no part of his life was free from extreme disgrace, no one was detected in such manifest sin (*peccatu*) that while he had been shameless in committing it, he would seem even more shameless if he denied it."

Not only is the sound of this word more elegant in this passage, but the reason for using the word is definite and sound. For *hic peccatus*, equivalent to *peccatio*, is correct and good Latin, just as many of the early writers used *incestus* (criminal), not of the one who committed the crime, but of the crime

⁴ ii. 5. 169.

⁵ ii. 2. 191.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- nos dicimus, a plerisque veterum dicta sunt. "Hic" quoque "adlegatus" et "hic arbitratus" pro "adlegatione" proque "arbitratione" dicuntur, qua ratione servata "arbitratu" et "adlegatu meo" dicimus.
- 20 Sic igitur "in manifesto peccatu" dixit, ut "in manifesto incestu" veteres dixerunt, non quin Latinum esset "peccato" dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusque est.
- 21 Lucretius aequae auribus inserviens "funem" feminino genere appellavit in hisce versibus:

Haut, ut opinor, enim mortalia saecula superne
Aurea de caelo demisit funis in arva,

cum dicere usitatius manente numero posset:

Aureus e caelo demisit funis in arva.

- 22 Sacerdotes quoque feminas M. Cicero "antistitas" dicit, non secundum grammaticam legem "antistites." Nam cum insolentias verborum a veteribus dictorum plerumque respueret, huius tamen verbi in ea parte sonitu delectatus: "Sacerdotes," inquit, "Cereris
- 23 atque illius fani antistitae." Usque adeo in quibusdam neque rationem verbi neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt, suis verba modulis pensantem.
- 24 "Quod qui non sentiunt," inquit idem ipse M. Cicero, cum de numerosa et apta oratione dissereret, "quas aures habeant aut quid in his hominis simile sit, nescio."

¹ ii. 1153.

³ cf. Hor. *Epist.* i. 7. 98.

² *In Ferr.* iv. 99.

⁴ *Orat.* 168.

itself, and *tributus*, where we say *tributum* (tribute). *Adlegatus* (instigation) too and *arbitratus* (judgment) are used for *adlegatio* and *arbitratio*, and preserving these forms we say *arbitratu* and *adlegatu meo*. So then Cicero said *in manifesto peccato*, as the early writers said *in manifesto incestu*, not that it was not good Latin to say *peccato*, but because in that context the use of *peccato* was finer and smoother to the ear.

With equal regard for our ears Lucretius made *funis* feminine in these verses:¹

No golden rope (*aurea funis*), methinks, let down
from heaven

The race of mortals to this earth of ours,

although with equally good rhythm he might have used the more common *aureus funis* and written :

Aureus e caelo demisit funis in arva.

Marcus Cicero calls² even priests by a feminine term, *antistitae*, instead of *antistites*, which is demanded by the grammarians' rule. For while he usually avoided the obsolete words used by the earlier writers, yet in this passage, pleased with the sound of the word, he said: "The priests of Ceres and the guardians (*antistitae*) of her shrine." To such a degree have writers in some cases followed neither reason nor usage in choosing a word, but only the ear, which weighs words according to its own standards.³ "And as for those who do not feel this," says Marcus Cicero himself,⁴ when speaking about appropriate and rhythmical language, "I know not what ears they have, or what there is in them resembling a man."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIIUS

- 25 Illud vero cum primis apud Homerum veteres grammatici adnotaverunt, quod, cum dixisset quodam in loco *κολοιούς τε ψήράς τε*, alio in loco, non *ψηρών τε*, set *ψαρῶν* dixit :

Τῶν δ' ὡς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἢ ἐ κολοιῶν,

secutus non communem, sed propriam in quoque vocis situ iucunditatem ; nam si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonitu insuave.

XXII

Verba Titu Castrici rhetoris ad discipulos adulescentes de vestitu atque calciatu non decoro.

- 1 T. CASTRICIUS, rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit Romae locum principem declamandi ac docendi, summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in mores atque litteras spectatus, cum me forte praesente, usus enim sum eo magistro, discipulos quosdam suos senatores vidisset die feriato tunicis et lacernis indutos et gallicis calciatos, "Equidem," inquit, "maluissem vos togatos esse ; si¹ pigitum est, cinctos saltem esse et paenulatos. Sed si hic vester huiusmodi vestitus de multo iam usu ignoscibilis est, soleatos tamen vos, populi Romani senatores, per urbis vias ingredi nequaquam decorum

¹ si added by Dziatzko.

¹ *Iliad* xvi. 583.

² *Iliad* xvii. 755.

³ Instead of the senatorial shoe ; this was red or black and was fastened on by four black thongs which passed

BOOK XIII. XXI. 25-XXII. 1

But the early grammarians have noted this feature in Homer above all, that when he had said in one place¹ *κολοιούς τε ψηράς τε*, "both crows and starlings," in another place² he did not use *ψηρῶν τε*, but *ψαρῶν* :

As lights a cloud of starlings (*ψαρῶν*) or of daws, not conforming to general usage, but seeking the pleasing effect peculiar to the word in each of the two positions; for if you change one of these for the other, you will give both a harsh sound.

XXII

The words of Titus Castricius to his young pupils on unbecoming clothes and shoes

TITUS CASTRICIUS, a teacher of the art of rhetoric, who held the first rank at Rome as a declaimer and an instructor, a man of the greatest influence and dignity, was highly regarded also by the deified Hadrian for his character and his learning. Once when I happened to be with him (for I attended him as my master) and he had seen some pupils of his who were senators wearing tunics and cloaks on a holiday, and with sandals on their feet,³ he said: "For my part, I should have preferred to see you in your togas, or if that was too much trouble, at least with girdles and mantles. But if this present attire of yours is now pardonable from long custom, yet it is not at all seemly for you, who are senators of the Roman people, to go through the streets of the city

crosswise around the ankle and the calf of the leg; cf. Hor. *Sat.* i. 6. 27.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELEIUS

est, non hercle vobis minus quam illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine obiectavit."

- 2 Haec, me audiente, Castricius et quaedam alia ad
eam rem conducentia Romane et severe dixit.
3 Plerique autem ex his qui audierant requirebant cur
"soleatos" dixisset, qui gallicas, non soleas, haberent.
4 Sed Castricius profecto scite atque incorrupte locu-
5 tus est; omnia enim ferme id genus, quibus plantarum
calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda
et teretibus habenis vincta sunt, "soleas" dixerunt,
6 nonnumquam voce Graeca "crepidulas." "Gallicas"
autem verbum esse opinor novum, non diu ante aeta-
tem M. Ciceronis usurpari coeptum, itaque ab eo ip-
so positum est in secunda *Antonianarum*: "Cum
7 gallicis,"¹ inquit, "et lacerna cucurristi." Neque in
ea significatione id apud quemquam alium scriptum
lego gravioris dumtaxat auctoritatis scriptorem; sed,
ut dixi, "crepidas" et "crepidulas," prima syllaba
correpta, id genus calciamentum appellaverunt, quod
Graeci κρηπίδας vocant, eiusque calciamenti sutores
8 "crepidarios" dixerunt. Sempronius Asellio in libro
Rerum Gestarum XIV: "Crepidarium," inquit,
"cultellum rogavit a crepidario sutore."

XXIII (XXII)

De Neriene Martis in antiquis conprecationibus ²

- 1 CONPRECATIONES deum immortalium, quae ritu
Romano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum

¹ calgis, most MSS. of Cic.

² lemma omitted by *ω*, supplied by Hertz.

BOOK XIII. XXII. 1—XXIII. 1

in sandals, nor by Jove! is this less criminal in you than it was in one whom Marcus Tullius once reproved for such attire."

This, and some other things to the same purport, Castricius said in my hearing with true Roman austerity. But several of those who had heard him asked why he had said *soleatos*, or "in sandals," of those who wore *gallicae*, or "Gallic slippers," and not *soleae*. But Castricius certainly spoke purely and properly; for in general all kinds of foot-gear which cover only the bottom of the soles, leaving the rest almost bare, and are bound on by slender thongs, are called *soleae*, or sometimes by the Greek word *crepidulae*. But *gallicae*, I think, is a new word, which came into use not long before the time of Marcus Cicero. In fact, he himself uses it in his second *Oration against Antony*:¹ "You ran about," says he, "in slippers (*gallicis*) and cloak." Nor do I find this word with that meaning in any other writer—a writer of high authority, that is; but, as I have said, they called that kind of shoe *crepidae* and *crepidulae*, shortening the first syllable of the Greek word κρηπίδες, and the makers of such shoes they termed *crepidarii*. Sempronius Asellio in the fourteenth book of his *Histories* says:² "He asked for a cobbler's knife from a maker of slippers (*crepidarius sutor*)."

XXIII

Of the Nerio of Mars in ancient prayers

PRAYERS to the immortal gods, which are offered according to the Roman ritual, are set forth in the

¹ *Phil.* 11. 76.

² *Fr* 11, Peter².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- populi Romani et in plerisque antiquis orationibus.
- 2 In his scriptum est: "Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Virites Quirini, Maiam Volcani, Heriem Iunonis, Moles Martis Nerienemque
- 3 Martis." Ex quibus id quod postremum posui sic plerosque dicere audio, ut primam in eo syllabam producant, quo Graeci modo dicunt *Νηρείδας*. Sed qui proprie locuti sunt primam correptam dixerunt,
- 4 tertiam producerunt. Est enim rectus casus vocabuli, sicut in libris veterum scriptum est, "Nerio," quamquam M. Varro in *Satura Menippea*, quae inscribitur *Σκιομαχία*, [non "Nerio," sed "Nerienes" vocative dicit in his versibus :

Te Anna ác Peranna, Pánda Cela, té¹ Pales,
Neríenes et Minérva, Fortuna ác Ceres.

- 5 Ex quo nominandi quoque casum eundem fieri
- 6 necessum est. Sed "Nerio" a veteribus sic declinabatur, quasi "Anio"; nam perinde ut "Amenem,"
- 7 sic "Neriem" dixerunt, tertia syllaba producta. Id autem, sive "Nerio" sive "Nerienes" est,
- 8 Sabinum verbum est, eoque significatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudius, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui² erat egregia atque praestanti
- 9 fortitudine "Nero" appellatus est. Sed id Sabinum

¹ panda te lato, ω; Panda Celato, ζ, corr. by Mommsen; panda te lito, Hertz.

² quis, Q, quisquis, C. F. W. Muller.

¹ These names apparently represented characteristics of the deities with which they are coupled, which in some cases later became separate goddesses; see Fowler, *Roman Festivals*, pp. 60 ff. Gellius is apparently right in his explanation of Nerio in §§ 7-10, while later myths made her the wife of Mars. Lua (cf. *luo*, "purify"), according to Livy xlv. 33. 2, was a goddess to whom, in company with

480

books of the priests of the Roman people, as well as in many early books of prayers. In these we find: "L^{ua},¹ of Saturn; Salacia, of Neptune; Hora, of Quirinus; the Virites of Quirinus; Maia of Vulcan; Heries of Juno; Moles of Mars, and Nerio of Mars." Of these I hear most people pronounce the one which I have put last with a long initial syllable, as the Greeks pronounce *Νηρείδες* ("Nereids"). But those who have spoken correctly made the first syllable short and lengthened the third. For the nominative case of the word, as it is written in the books of early writers, is *Nerio*, although Marcus Varro, in his *Menippean Satire* entitled *Σκιομαχία*, or "Battle of the Shadows," uses in the vocative *Nerienes*, not *Nerio*, in the following verses:²

Thee, Anna and Peranna, Panda Cela, Pales,
Nerienes and Minerva, Fortune and likewise Ceres.

From which it necessarily follows that the nominative case is the same. But *Nerio* was declined by our forefathers like *Anio*; for, as they said *Aniēnem* with the third syllable long, so they did *Neriēnem*. Furthermore, that word, whether it be *Nerio* or *Nerienes*, is Sabine and signifies valour and courage. Hence among the Claudii, who we are told sprang from the Sabines, whoever was of eminent and surpassing courage was called *Nero*.³ But the Sabines

Mars and Minerva, the captured arms of an enemy were devoted when they were burned by the victors. Salacia (cf. *sal*, "salt one") was a sea-goddess. Hora, according to Nonius, p. 120, was a goddess of youth. Ovid, *Met* xiv. 830-851, says that it was the name given to Hersilia, the wife of Romulus, after her deification. For the other names see the Index.

² Frag. 506, Bucheler.

³ See Suet. *Tib.* 1. 2

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- accepisse a Graecis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum *νεῦρα* dicunt, unde nos quoque
- 10 Latine "nervos" appellamus. "Nerio" igitur Martis vis et potentia et maiestas quaedam esse Martis demonstratur.
- 11 Plautus autem in *Truculento* coniugem esse Nerienem Martis dicit, atque id sub persona militis, in hoc versu :

Márs peregre adveniéns salutat Nérienem uxorem suam.

- 12 Super ea re audiui non incelebrem hominem dicere, nimis comice Plautum inperito et incondito militi falsam novamque opinionem tribuisse, ut
- 13 Nerienem coniugem esse Martis putaret. Sed id perite magis quam comice dictum intellet, qui leget Cn. Gellii *Annalem* tertium, in quo scriptum est Hersiliam, cum apud T. Tatium verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse : "Neria Martis te obsecro, pacem da, te, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit uti nos itidem integras raperent, unde liberos
- 14 sibi et suis, posteros patriae pararent." "De tui," inquit, "coniugis consilio," Martem scilicet significans ; per quod apparet, non esse id poetice a Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio
- 15 a quibusdam uxor esse Martis diceretur. Inibi autem animadvertendum est quod Gellius "Neria"
- 16 dicit per a litteram, non "Nerio," neque "Nerienes." Praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius

¹ 515.

² Fr. 15, Peter².

³ Referring to the rape of the Sabine women. *Itidem* shows that Cn Gellius had in mind the later myth (see note 1, p. 480) that Mars finally carried off Nerio as his bride.

seem to have derived this word from the Greeks, who call the sinews and ligaments of the limbs *νεῦρα*, whence we also in Latin call them *nervi*. Therefore *Nerio* designates the strength and power of Mars and a certain majesty of the War-god.

Plautus, however, in the *Truculentus* says¹ that *Nerio* is the wife of Mars, and puts the statement into the mouth of a soldier, in the following line:

Mars, coming home, greets his wife *Nerio*.

“About this line I once heard a man of some repute say that Plautus, with too great an eye to comic effect, attributed this strange and false idea, of thinking that *Nerio* was the wife of Mars, to an ignorant and rude soldier. But whoever will read the third book of the *Annals* of Gnaeus Gellius will find that this passage shows learning, rather than a comic spirit; for there it is written that *Hersilia*, when she pleaded before *Titus Tattius* and begged for peace, prayed in these words:² “*Neria* of Mars, I beseech thee, give us peace; I beseech thee that it be permitted us to enjoy lasting and happy marriages, since it was by thy lord’s advice that in like manner they carried off us maidens,³ that from us they might raise up children for themselves and their people, and descendants for their country.” She says “by thy lord’s advice,” of course meaning her husband, Mars; and from this it is plain that Plautus made use of no poetic fiction, but that there was also a tradition according to which *Nerio* was said by some to be the wife of Mars. But it must be noticed besides that Gellius writes *Neria* with an *a*, not *Nerio* nor *Nerienes*. In addition to Plautus too, and Gellius, *Licinius*

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Imbrex, vetus comoediarum scriptor, in fabula quae *Neaera* scripta est, ita scripsit :

Nolo égo Neaeram té vocent, set Nérienem,
Cum quidém Mavorti¹ es ín conubiúm data.

- 17 Ita autem se numerus huiusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra dictum est, corripienda sit; cuius sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est quam ut plura in id verba
18 sumenda sint. Ennius autem in primo *Annali* in hoc versu :

Nerienem Mavortis et Herem,²

si, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit.

- 19 Ac ne id quidem praetermittendum puto, cuiusmodi est, quod in *Commentario* Servii Claudii scriptum invenimus, “Nerio” dictum quasi “Neirio,” hoc est sine ira et cum placiditate, ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur; “ne” enim particula, ut apud Graecos, ita plerumque in Latina quoque lingua privativa est.

XXIV

Verba M. Catonis, egere se multis rebus et nihil tamen cupere dicentis.

- 1 M. CATO, consularis et censorius, publicis iam privatisque opulentis rebus, villas suas inexcultas et

¹ Mavorti, *Ribbeck*; Marti, *ω*.

² Herem, *Meursius*; erdem, X; Herclem, *ω*.

¹ p. 39, *Ribbeck*³.

² That is, *Nēriēnem*, instead of *Nērīēnem*.

³ *Ann.* 104, *Vahlen*².

BOOK XIII. XXIII. 16-XXIV. 1

Imbrex, an early writer of comedies, in the play entitled *Neaera*, wrote as follows : ¹

Neaera I'd not wish to have thee called ;
Neriene rather, since thou art wife to Mars.

Moreover, the metre of this verse is such that the third syllable in that name must be made short,² contrary to what was said above. But how greatly the quantity of this syllable varied among the early writers is so well known that I need not waste many words on the subject. Ennius also, in this verse from the first book of his *Annals*,³

Neriene of Mars and Here,⁴

if, as is not always the case, he has preserved the metre, has lengthened the first syllable and shortened the third

And I do not think that I ought to pass by this either, whatever it amounts to, which I find written in the *Commentary* of Servius Claudius,⁵ that *Nerio* is equivalent to *Neurio*, meaning without anger (*ne ira*) and with calmness, so that in using that name we pray that Mars may become mild and calm ; for the particle *ne*, as it is among the Greeks, is frequently privative in the Latin language also.

XXIV

Remarks of Marcus Cato, who declared that he lacked many things, yet desired nothing.

MARCUS CATO, ex-consul and ex-censor, says that when the State and private individuals were abounding in wealth, his country-seats were plain and

⁴ See Paul. Fest., p. 89, 4, Lindsay: Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum, et esse una ex Martis comitibus putabatur.

⁵ p. 15, Egger.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIIUS

rudes, ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum usque aetatis suae septuagesimum. Atque ibi postea his verbis utitur: “Neque mihi,” inquit, “aedificatio neque vasum neque vestimentum ullum est manupretiosum neque pretiosus servus neque ancilla. Si quid est,” inquit, “quod utar, utor; si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque frui licet.” Tum deinde addit: “Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere.” Haec mera veritas Tusculani hominis, egere se multis rebus et nihil tamen cupere dicentis, plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam sustinendamque inopiam quam Graecae¹ istorum praestigiae, philosophari sese dicentium umbrasque verborum inanes fingentium, qui se nihil habere et nihil tamen egere ac nihil cupere dicunt, cum et habendo et egendo et cupiendo ardeant.

XXV

Quaesitum tractatumque, quid sint “manubiae”; atque inibi dicta quaedam de ratione utendi verbis pluribus idem significantibus.

- 1 IN fastigiis fori Traiani simulacra sunt sita circumundique inaurata equorum atque signorum militarium, subscriptum est: “Ex manubis.” Quaerebat Favorinus, cum in area fori ambularet et amicam

¹ Graecorum, *Hertz*; Graeculorum praestigiae, *Boot*.

unadorned, and not even whitewashed, up to the seventieth year of his age. And later he uses these words on the subject:¹ "I have no building, utensil or garment bought with a great price, no costly slave or maidservant. If I have anything to use," he says, "I use it; if not, I do without. So far as I am concerned, everyone may use and enjoy what he has." Then he goes on to say: "They find fault with me, because I lack many things; but I with them, because they cannot do without them." This simple frankness of the man of Tusculum, who says that he lacks many things, yet desires nothing, truly has more effect in inducing thrift and contentment with small means than the Greek sophistries of those who profess to be philosophers and invent vain shadows of words, declaring that they have nothing and yet lack nothing and desire nothing, while all the time they are fevered with having, with lacking, and with desiring.

XXV

The meaning of *manubiae* is asked and discussed; with some observations as to the propriety of using several words of the same meaning.

ALL along the roof of the colonnades of Trajan's forum² there are placed gilded statues of horses and representations of military standards, and underneath is written *Ex manubiis*. Favorinus inquired, when he was walking in the court of the forum, waiting for

¹ *O.R.F.*, p. 146, Meyer².

² The largest and grandest of the imperial fora, including the basilica Ulpia, the column of Trajan, and the library.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

suum consulem opperiretur causas pro tribunali cog-
 noscentem nosque tunc eum sectaremur—quaerebat,
 inquam, quid nobis videretur significare proprie
 “manubiarum” illa inscriptio. Tum quispiam qui
 3 cum eo erat, homo in studiis doctrinae multi atque
 celebrati nominis: “‘Ex manubius,’” inquit, “signifi-
 cat ‘ex praeda’; ‘manubiae’ enim dicuntur praeda
 quae manu capta est.” “Etiam si,” inquit Favorinus,
 4 “opera mihi princeps et prope omnis in litteris dis-
 ciplinisque Graecis sumpta est, non usque eo tamen
 infrequens sum vocum Latinarum, quas subsicivo aut
 tumultuario studio colo, ut hanc ignorem manubiarum
 interpretationem vulgariam, quod esse dicantur
 ‘manubiae’ praeda. Sed quaero an M. Tullius, ver-
 borum homo diligentissimus, in oratione quam dixit
De Lege Agraria Kalendis Ianuariis contra Rullum,
 inani et inlepidam geminationem iunxerit ‘manubias’ et
 ‘praedam,’ si duo haec verba idem significant neque
 5 ulla re aliqua dissident.” Atque, ut erat Favorinus
 6 egregia vel divina quadam memoria, verba ipsa M.
 Tulli statim dixit. Ea nos hic adscriptimus: “Prae-
 dam, manubias, sectionem, castra denique Cn.
 Pompei, sedente imperatore, decemviri vendent”; et
 infra itidem duo haec simul iunctim posita dixit: “Ex
 7 praeda, ex manubiis, ex auro coronario.” Ac deinde
 ad eum convertit qui manubias esse praedam dixerat,
 et: “Videturne tibi,” inquit, “utroque in loco M.

¹ *De Leg. Agr.* i., p. 601, Orelli².

² *Id.* ii. 59.

³ It was customary for cities in the provinces to send golden crowns to a victorious general, which were carried before him in his triumph. By the time of Cicero the presents took the form of money, called *aurum coronarium*. Later, it was a present to the emperor on stated occasions.

